



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Theologiæ Sacramentalis Scholasticæ Et Moralis Pars ...

Ad Mentem Doctoris Subtilis Ioannis Duns Scoti D. Augustino conformen

In qua tractatur de Virtute ac Sacrameto Pœnitentiæ

Bosco, Jean a

Lovanii, 1670

Sectio VII. De Qualitate Confeßionis Sacramentalis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73393](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-73393)

servata commissa ante illam horam confiteri quantum commodè possum; sed nunc commode possum confiteri; ergo teneor.

164. Excusatus à Communionem, non hoc ipso est liber à Confessione.

Atque hic fit finis hujus Conclusionis & Sectionis, eo semper salvo, quòd excusatus à Communionem, non hoc ipso fit liber à Confessione; quia nimirum præceptum Confessionis distinguitur à præcepto Communionis; ut patet ex verbis legis suprà allegatis: *Omnia sua solus peccata saltem semel in anno fideliter confiteatur proprio Sacerdoti.* Ecce præceptum Confessionis. Sequitur præceptum Communionis: *Suscipiens reverenter ad minus in Pascha Eucharistia Sacramentum.*

Conc. Trident.

Et hinc Concilium Trident. sess. 13. can. 9. solius meminit præcepti Communionis dicens: *Si quis negaverit, omnes & singulos Christi fideles utriusque sexus, cum ad annos discretionis pervenerint, teneri singulis annis, saltem in Paschate, ad communicandum, iuxta præceptum S. Matris Ecclesie; anathema sit.*

Porro sess. 14. can. 8. tantum meminit præcepti Confessionis dicens: *Si quis dixerit, Confessionem omnium peccatorum, qualem Ecclesia servat, esse impossibilem. . . . aut ad eam non teneri omnes & singulos utriusque sexus Christi fide-*

les, iuxta magis Concilii Lateranensis constitutionem, semel in anno . . . anathema sit.

Enimverò hic est sensus communis fidelium, qui putant se obligatos ad Confessionem; est propter impedimentum aliquod nequeant communicare. Finis quoque præcepti id non obscure indicat, finis, inquam, putà, ne diutius differatur Confessio, & ut impleatur præceptum divinum Confessionis, quod absque dubio distinguitur à præcepto divino Communionis. Unde communitate sententia est, ut suprà vidimus, pueros citius obligari ad Confessionem, quàm ad Communionem.

Sed dicit aliquis; video obligationem huius præcepti, video distinctionem; nihilominus adhuc ignoro, quid significent hæc duo verba Concilii Lateran. *Solus, & Fideliter.* Respondeo; *ly Solus* significat Confessionem secretam; *ly Fideliter*, idem est, quòd absque mendacio; vel etiam integrè, hoc est, omnia peccata, tamen occultissima, & merè interna, quoad speciem & numerum. Quæ duo ut melius intelligantur, & observentur, instituitur

SECTIO SEPTIMA.

De Qualitate Confessionis Sacramentalis.

1. Sexdecim qualitates Confessionis sacramentalis.

Nonnulli enumerant sexdecim conditiones seu qualitates Confessionis Sacramentalis, his versibus contentas:

Sit simplex, humilis Confessio, pura, fidelis, Atque frequens, nuda, discreta, libens, verecunda, Integra, secreta, lacrymabilis, accelerata, Fortis, & accensans, & si parère parata.

Ex quibus conditionibus seu qualitatibus, quædam sunt de necessitate Sacramenti; aliæ spectant, vel ad majorem reverentiam, vel ad majorem fructum ex Confessione percipiendum. Non est autem propositi nostri, omnes sigillatim hæc Sectione explicare; sed illis relictis, de quibus nihil aut parùm notandum occurrit, quod vel in superioribus non est dictum, vel infrà propriis locis non dicitur; quæro primò, an Confessio secreta sit de necessitate Sacramenti, aut saltem præcepti divini, vel Ecclesiastici? Responso erit

CONCLUSIO I.

Confessio sit secreta, licet publica, aut per interpretem sufficiat ad valorem Sacramenti, & aliquando sit licita.

Secreta Confessio hæc vocatur, quæ fit sine ullo teste à penitente coram solo Sacerdote: unde & auricularis dicta; de qua scriptum habemus in Concilio Trid. sess. 14. c. 5. *Ceterum quo ad modum confitendi secreti, apud solum Sacerdotem, est Christus non veniens, qui aliquis in vindictam suorum scelerum, & sui humilationem, cum ob aliorum exemplum, tunc ob Ecclesie offensæ adificationem, delicta sua publice confiteri possit: non est tamen hoc divini præcepti mandatum, nec satis consultè humanà aliqum lege præcipitur, ut delicta, præsertim secreta, publicè essent Confessione aperienda.* Unde cum à sanctissimis & antiquissimis Patribus, magno unanimi consensu, secreta Confessio Sacramentalis, quæ ab initio Ecclesie sancta usa fuit, & modo etiam servata fuerit semper commendata; manifestè respicitur

inanis eorum calumnia, qui eam à divino mandato alienam, & inventum humanum esse, atque à Patribus in Concilio Laicranensi congregatis, imitari habuisse, docere non verentur.

Et eadem l. can. 6. Si quis negaverit, Confessionem sacramentalem, vel institutam, vel ad salutem necessariam esse iure divino; aut dixerit, modum secretè confitendi soli Sacerdoti, quem Ecclesia Catholica ab initio semper observavit, & observat, alienum esse ab institutione & mandato Christi, & inventum esse humanum; anathema sit.

Nec huic doctrinæ obstat; quod non reperitur Confessio auricularis in Scriptura; nam teste Apostolo, quem diligebat Iesus, cap. 20. v. 30. Multa quidem & alia signa fecit Iesus in conspectu Discipulorum suorum, quæ non sunt scripta in libro hoc. Item c. 21. v. 25. Sunt autem & alia multa, quæ fecit Iesus, quæ si scribantur per singula, nec ipsum arbitror mundum capere posse eos, qui scribenda sunt, libros. Institutionem ergo Sacramenti Pœnitentiæ quo ad substantiam, scriptam reperimus in libro hoc, scilicet Joan. 20. v. 22. & 23. modum verò secretè confitendi, habemus ex Traditione vel divina, vel saltem Apostolica; non enim potest offendi, quo tempore ceperit in Ecclesia Dei usurpari secreta Confessio.

Licet namque primitus solerent pœnitentes publicè peccata sua confiteri; hoc tamen neque erat generale pro omnibus peccatis (quippe potuissent Confessio aliquorum peccatorum generare scandalum fidelibus, uti contingit in quodam casu tempore Nectarii, qui propterea Confessionem publicam abrogavit (ut diximus sect. 1. concl. 3.) neque constat, talem Confessionem fieri solitam ad finem Sacramentalis remissionis peccatorum, ad quem tamen debet fieri Confessio Sacramentalis; sed ad fines supra enumeratos à Concilio Tridentino.

Unde, quod bene notandum est, tametsi Concilium in illo capite agat de Confessione Sacramentali; haud equidem Confessionem publicam; quæ fieret in vindictam suorum scelerum, & sui humiliationem, cum ob aliorum exemplum, tum ob Ecclesiæ offensæ adificationem, appellat Sacramentalem. Quam ergo Secretam Confessionem dicens: Secreta Confessio Sacramentalis &c. Hæc igitur etiam tunc temporis debuit esse, & indubiè fuit, ut Tridentinum supra docet, tamquam maxime conveniens peccatis secretis, & quæ possent generare scandalum, si publicè propalarentur seu confiterentur.

Eleganter Origenes Homil. 21. in Psal. 37. Tantummodo, inquit, circumspice diligentius, cui debeas confiteri peccatum tuum. Proba prius Medicum, cui debeas causam languoris exponere &c. ut ita demum, si quid ille dixerit, qui se prius ut eruditum Medicum ostenderit, & misericordem, si quid consilii dederit facias, & sequaris: si intellexeris, &

proverit talem esse languorem tuum, qui in conventu totius Ecclesiæ exponi debeat & curari, ex quo fortassis & ceteri adificari poterunt, & tu ipse facile sanari, multa hoc deliberatione & satis perito Medici illius consilio procurandum est.

Non ergo ex publica pœnitentiâ, secreta Confessio; sed potius vice versâ, ex secreta Confessione, publica pœnitentiâ processit; siquidem non prius publicè dicebantur peccata, & postea imponebatur fidelibus pœnitentiâ, seu Confessio secretâ; sed pœnitentiâ impositam in secreta Confessione, publicè agebant fideles, ubi & quando Confessionario videbatur expedire; tum ipsorum utilitati, tum adificationi aliorum. De pœnitentiâ verò peccatorum, inquit Concilium Cabilonense can. 8. quæ est medela animæ, utilem omnibus hominibus esse censemus, & ut pœnitentiâ à Sacerdotibus factâ Confessione indicatur pœnitentiâ, vel privata, vel publica.

Sanè olim peractâ publicâ pœnitentiâ, non accedebat, nisi reconciliatio publica cum Ecclesia, & admissio ad communionem fidelium; cum enim illa pœnitentiâ sæpè per multos dies duraret, poterat pœnitens iterum de novo interitùs peccare mortaliter; à quo peccato indubiè non poterat sacramentaliter absolvi propter illam pœnitentiâ, cum esset peccatum ignotum absolventi; nec potest autem quis velle absolvere sacramentaliter causâ incognitâ.

Adde aliud testimonium Origenis ex Homil. 10. in Num. Qui non sunt sancti, in peccatis suis moriuntur; qui vero sancti sunt, pro peccatis pœnitentiam gerunt, vulnera sua sentiunt, intelligunt lapsus, requirunt Sacerdotem, sanitatem deprecantur &c. Plura ejusmodi dicta habes supra sect. 1. concl. 3. & videri possunt apud Bellarminum lib. 3. de Pœnit. cap. 5. & seqq.

Hoc firmissimè teneas, quod tota per orbem s. Ang. frequentat Ecclesia, hoc, inquit S. Augustinus Epist. 118. quæ ita faciendum sit disputare, insolentissime insanie est. Et lib. 7. de Baptismo contra Donatistas cap. 24. Quod universa tenet Ecclesia, nec Conciliis institutum, sed semper retentum est, non nisi auctoritate Apostolicâ traditum retentissime creditur. Item lib. 5. de Baptismo c. 23. Sunt multa, quæ universa tenet Ecclesia, & ob hoc ab Apostolis præcepta bene creduntur, quamquam scripta non reperiantur. Cum ergo ab initio universa Ecclesia usâ fuerit Confessione secretâ, & modò etiam utatur, disputate de prima parte Conclusionis; insolentissimè insanie est.

Et verò si anathema est, qui dicit, receptos & approbatos Ecclesiæ Catholice ritus in solemni Sacramentorum administratione adhiberi consuetos aut contentis, aut sine peccato à ministris pro libito omittere, aut in novos alios per quemcumque Ecclesiarum Pastorem mutari posse, ut constat ex Tridentino sect. 7. de Sacram. in genere can. 13. putas, quia

FFF pro

5. Ex secreta Confessione processit olim publicâ pœnitentiâ.

Conc. Cabil.

6. Aliud testimonium Origenis

8. Ang.

7. Obligatio secreta Confessionis probatur ex pract Ecclesiæ. Conc. Trid.

pro libito ministri, aut pœnitentis, poterit sine peccato immutari antiquissimus modus secretè confitendi soli Sacerdoti, quem Ecclesia ab initio semper observavit in administratione hujus Sacramenti, & adhuc observat? Si aliqua praxis Ecclesiæ obligat, cur non & ista? Rescè ergo Concilium Lateranense: *Solus*, inquit, peccata, saltem semel in anno, fideliter confiteatur proprio Sacerdoti.

Aut certè ideo dixit, *Solus*, ut significaret obligationem confitendi singulis annis peccata (quæ fundatur in obligatione generali præcepti divini confitendi in vita semel omnia peccata mortalia) non esse obligationem dicendi illa peccata publicè & coram alio, sed tantùm coram solo Sacerdote.

Concil. Lateranense.

8. Confessio publica, aut per interpretem sufficit ad valorem Sacramenti.

Oppositum nullam docuit scotus.

Alioquin Confessionem publicam, vel per interpretem, sufficere ad valorem Sacramenti, quæ est secunda pars Conclusionis, sicuti communior, ita verior est sententia; à qua nullatenus dissentit Scotus, quamvis passim ab Auditoribus, vel non insipientibus textum, aut certè eum sinistrè interpretantibus, pro opposita citetur. Quod ne gratis dicere videar, subscribo omnia ejus verba. Itaque 4. dist. 17. querit Doctor: *Vtrum necessarium sit ad salutem peccatori confiteri sua peccata omnia suo Sacerdoti? Et quod non, probat n. 2. Nullus obligatur ad impossibile; sed mutus non potest loqui. Item omnis extraneus, inter illos, quibus est barbarus, est mutus; ergo non tenetur confiteri.*

Respondet autem nu. 31. Ad aliud dicitur, quòd talis debet confiteri per interpretem, vel per aliqua alia signa à verbis, quæ possunt esse nota Sacerdoti. Secundum est bene concedendum, si aliqua talia signa sunt communia confitenti mutò vel barbò, & Sacerdoti. Sed primum non videtur necessarium; quia foras iste ex natura sua est secretissimus; ergo non tenetur aliquis ad istam forum, ut aliquo modo publicum; sed licet interpret velit celare, & teneatur celare, sicut Sacerdos; tamen si velit malignari, ipse, & Sacerdos, possunt esse testes contra accusatum, & ita ex natura huiusmodi accusationis, hæc accusatio potest venire in publicum, & ita non est pœnitentia.

Ex hoc patet, quòd pluribus Sacerdotibus simul non est confitendum necessario, ut melius iudicent; quòd si fiat, non est Sacramentalis Confessio: maxime autem videtur, quòd non sit confitendum per interpretem, quando timetur ipsum non esse secretarium idoneum: & si in tali casu ipse habet impossibilitatem confitendi homini idoneo, confiteatur Deo, cum preposito confitendi homini opportunitate oblata. Ergo, clamat Suarez, Valquez, & alii Recentiores, Doctor Subtilis asserit, Confessionem secretam esse necessariam ad valorem Sacramenti.

9. Sed tantum vult Confessionem per interpretem.

Non sic boni viri, non sic, sed Doctori Subtili videtur (ergo non loquitur omnino assertivè) Confessionem per interpretem non esse necessariam, maxime quando timetur inter-

pretem non esse secretarium idoneum. Quod præceptum aliud significant ista verba: *Primum non videtur necessarium? Item: Ergo non tenetur aliquis ad istam forum, ut aliquo modo publicum? Item: Non est confitendum necessario? Item: Maxime autem videtur, quòd non sit confitendum per interpretem, quando timetur ipsum non esse secretarium idoneum?*

An fortè apud vos idem sunt: *Non tenetur aliquis confiteri per interpretem, & Confessio non valet, quæ fit per interpretem? Scio quòd apud vos non sunt idem. Cur ergo apud Scotos erunt idem? Quia, reponitis, Scotus ait: Quòd si fiat, non est Sacramentalis Confessio.*

Planè non est Sacramentalis Confessio, de qua ibi erat quæstio; putà necessaria peccatori ad salutem, ut patet ex verbis supra relatis; hoc est, non est talis Confessio, ad quam homo ex divino mandato, & institutione hujus Sacramenti obligatur, quamvis hic & nunc possit sufficere ad validam Absolutionem.

Profectò non est verisimile, Deum illum modum confitendi instituisse, & præcepisse, qui ab Ecclesia, ut ait Tridentinum sess. 14. cap. 5. haud satis consultè præcipitur. Cur enim putas inconsultè præcipitur, nisi quia talis modus esset contra bonum hujus Sacramenti? Redderet quippe Sacramentum nimis difficile & onerosum, & per consequens odiosum; in tantum, ut ret non unus ex centum illud susciperet. Non est autem verisimile Christum, *Qui* (teste Apostolo 1. ad Tim. 2. v. 4.) *omnes homines vult salvos fieri. Qui dedit redemptionem semetipsum pro omnibus, v. 6. ita instituisse sua Sacramenta* (quibus meritum suæ passionis voluit nobis communicari) ut potius videretur esse in destructionem, quam in ædificationem.

Unde & ab initio Ecclesia ulà est modo secretè confitendi, utpote maxime conformi juri naturali servandi propriam famam, quando commodè potest servari, sicut hic potest: nam Confessarius sufficienter accipit notitiam peccatorum per secretam Confessionem, quantam licet illa notitia sit futura judicialis, idque per accusationem; eadem cum hoc iudicium ad forum animæ spectet, & planè voluntarium esse debeat, creditur pro pro se, & contra se; idemque est reus, accusator, & testis, quandoquidem ad bonum animæ pœnitentis totum hoc iudicium ordinatur.

Nulla ergo erat necessitas publicæ notitiæ, quæ non bene convenit cum jure naturali servandi propriam famam, ex hypothèsi certa, quòd in hoc iudicio, non loquimur debeat explicari peccata publica, sed etiam secretissima; immo & merè interna, quæ aliquando non possent sine scandalo manifestari, & non sine maxima pœnitentis difficultate.

Nonne præceptum correctionis fraternæ obligat ad correptionem secretam? *Si peccaverit, inquit Christus Matth. 18. v. 15. in te corripuit*

frater tuus, vade & corripue eum inter te, & ipsum
solum. Quare? (interrogat Divus Augustinus
serm. 16. de Verb. Domini) Quia peccavit in te.
Quid est, in te peccavit? Tu scis quia peccavit, Quia
enim secretum fuit, quando in te peccavit, secretum
quare cum corrigis, quod in te peccavit. Nam si so-
lus nosti, quia peccavit in te, & eum vis coram om-
nibus arguere, non es correptor, sed proditor. Hæc
ille.

Et verò qui præcepit correptionem secre-
tam, existimas quòd præcepit Confessionem
publicam? Non habet apparentiam veritatis?
Alioquin ad quid sigillum Sacramentale?
Prorsus inutile erit, quod cogitare de præcep-
to divino, nefas est. Scitè ergo Scotus supra
dixit: *Foris iste ex natura sua est secretissimus.*

Si dixeris; hæc ratio non militat contra
Confessionem per interpretem, cum ex illa
tam in Confessio quam in interprete oriatur
obligatio sigilli. Respondet Scotus supra:
*Licet interpret velit celare, & teneatur celare, sicut
Sacerdos; tamen si velit malignari, ipse & Sacer-
dos possunt esse testes contra accusatum, & ita ex
natura huiusmodi accusationis hæc accusatio potest
venire in publicum.* Eisdè enim in foro Ecclesiæ
non adhiberetur fides huiusmodi testibus;
equidem in foro civili apud hæreticos, qui
negant Sacramentum Pœnitentiæ, indubiè
admitterentur huiusmodi testimonia.

Hinc Scotus supra: *Maximè autem videtur,
quòd non sit confitendum per interpretem, quando
timeatur ipsum non esse secretarium idoneum.* Quid
mirum; cum etiam soli Sacerdòri non sit con-
fitendum, quando timeatur ipsum non esse se-
cretarium idoneum? Sicut ergo ex hoc Ante-
cedente non bene inferitur; ergo Confessio;
quæ fieret tali Sacerdòti, non esset valida;
ita etiam ex doctrina Scoti non bene inferitur;
ergo Confessio quæ fieret per interpretem,
non esset valida, seu sufficiens ad validam Ab-
solutionem.

Quòd autem valeat Confessio per inter-
pretem probatur; quia per ipsam sufficienter
manifestantur peccata Sacerdòti in ordine ad
Absolutionem: quòd à fortiori constat (in-
quit Lugo disp. 15. nu. 60.) ex Sacramento
Matrimonii, quòd omnes concedunt posse ce-
lebrari per interpretem coram Parocho, & tes-
tibus, ut cum aliis, quos congerit, tradit
Thomas Sanchez lib. 3. de Matr. disp. 39. &
licet ipse id probet à fortiori, ex Sacramento
Pœnitentiæ, in quò magis desideratur, quòd
Confessarius habeat notitiam peccatorum, &
tamen sufficit notitia, quam habet per inter-
pretem, unde à fortiori sufficet, quòd Paro-
chus per interpretem habeat notitiam con-
sensus, quem præstant conjuges.

Ego tamen existimo, maiorem notitiam
requiri in Parocho, ut validè assistat Matri-
monio, quam in Confessario, ut absolvat;
quia in Matrimonio ideo requiritur præsen-

tia Parochi & testium, ut possit legitime Ec-
clesiæ constare de Matrimonio celebrato, si
fortè conjux postea id negaret, vel ut conju-
ges id possint apud Ecclesiam probare: ad hoc
autem posset apparere insufficientis consensus
præstitus per interpretem; quia Parochus non
potest testari de consensu, cum ipse non in-
telligat idioma contrahentium, sed solum posset
dicere; interpretem dixisse illos consentire:
unde si postea conjuges negarent consensum,
& dicerent interpretem fuisse mentitum, non
posset aliquid plenè contra ipsos probari, cum
totum reduci deberet ad testimonium unius
interpretis.

Si ergo conceditur sufficiens illa notitia per
interpretem data, ut Parochus validè assistat,
faciliùs concedi debet sufficiens similis notitia
ad Confessionem Sacramentalem, in qua non
requiritur notitia, quæ postea possit apud Ec-
clesiam probari illud peccatum, vel ejus Con-
fessio; sed quæ Confessarius in foro interno
possit pœnitenti contra se loquenti credere, ad
quod sufficet modus ille loquendi per inter-
pretem; sicut in aliis rebus & nogoriis huma-
nis. Hucusque Eminentissimus.

Sed hallucinatur in referenda sententia San-
chii, cuius ipsissima verba lubseribo: Non mi-
nus exigitur in Sacramento Pœnitentiæ, ut
Sacerdos intelligat pœnitentis peccata, cum
sit iudex: sed in eo sufficit intelligere per in-
terpretem; ut fatentur omnes, & testatur usus
Ecclesiæ; quando Sacerdos & pœnitens sunt
distincti idiomatis: ergo & in Matrimonio.
Hæc est probatio Sanchii non à fortiori, sed à
simili.

Atque hæc similitudinem agnoscit Arriaga
disp. 51. n. 45. ibi: Ego in hoc puncto dico;
nec maiorem, nec minorem esse quoad hoc
difficultatem in uno, quam in altero Sacra-
mento. Et quidem quòd non sit faciliùs in Sa-
cramento Matrimonii, videtur bene probatum
à Cardinali; quòd autem è contrario, nec dif-
ficiliùs in eo sit, patet; quia sicut Parochus
ideo constituitur ut testetur, ac proinde videat-
ur debere ipse immediatè ipsos contrahentes
audire; ut certò possit testari; ita Sacerdos,
cum debeat ipse esse iudex, & designare Pœ-
nitentiam; debetè ipse immediatè intelligere
Pœnitentem: ibi enim ego eandem faciam
interrogationem; Quid si interpres unum pec-
catum pro alio supposuit, & pro reservato dix-
it non reservatum, vel è contrario, aut pro
mortali veniale? Cur ergo hic non deberet ju-
dicari magis periculosa deceptio; quam ibi
circa Parochum? Aut saltem cur non æqualis?
Hactenus Arriaga.

Quæris quid ego sentiam? Sufficit ad in-
tentum meum similitudo inter unum, & alte-
rum Sacramentum; præsertim cum totum pen-
deat à voluntate Christi, sic instituentis Sacra-
mentum Pœnitentiæ, ut valeat notitia pecca-
torum

quam in
Confessa-
rio,

14.
Sed can-
dem requirit
in Confessa-
rio docet
Sanchez,

& Arriaga

Judicium
Auctoritatis,

torum per interpretem. Hanc autem voluntatem optimè colligimus ex communi usu & praxi fidelium.

15. Probatur valor Confessionis publicæ ;

Ceterum eadem ratio militat pro valore Confessionis publicæ ; quia nimirum ad valorem Sacramenti nihil aliud requiritur, quam ut peccata manifestentur Sacerdoti tamquam iudici, in ordine ad obtinendam eorum remissionem : quòd autem hoc vel illo modo id fiat, parùm refert, inquit Lugo disp. 15. n. 59. Intellige, quantum ad valorem ; alioquin multùm refert, ad hoc ; ut licitè fiat, patet ex Tridentino sess. 14. c. 5. ibi : *Nec satis confitèrè humanà aliquà lege præcipitur, ut delicta, præsertim secreta, publicè essent Confessione aperienda.*

quæ etiam aliquando licet, ut probat praxis fidelium.

Interim aliquando licet Confessionem publicam, probatur sufficienter ex praxi fidelium, qui in naufragio, vel incendio, aut simili periculo mortis, quando tempus non permittit ; secretam Confessionem ; publicè fatentur sua peccata, & petunt Absolutionem. An autem tali casu sit obligatio confitendi specialiter sua peccata, puto quòd non, sed sufficeret generaliter se agnoscere peccatorem, uti etiam communiter solum fit ; per quam Confessionem nulla irrogatur infamia penitenti ; supponitur quippe ; omnem, qui confitetur, esse peccatorem ; unde nec peccatum veniale in genere cadit sub sigillum.

Alius casus esse potest, quando penitens, quantum fieri potest, secretè confitetur, per accidens tamen aliqui audiunt ; talis epim quamvis fortè non teneretur, tamen propter maiorem securitatem licitè potest confiteri, nisi specialis ratio obstat.

16. Quam Scotus vocet Confessionem sacramentalem.

Itaque, ut ad Scotum revertatur, illam ipse vocat Confessionem Sacramentalem, ad quam regulariter & per se obligantur fideles ex institutione Christi. Talis autem est Confessio, quæ fit soli Sacerdoti ; qui solus habet potestatem ligandi, atque solvendi ; ex qua sola potestate colligitur obligatio confitendi ut liquidò constat ex Tridentino sess. 14. c. 5. ibi : *Sacerdotes sui ipsius Vicarios reliquit, tanquam præfides & iudices, ad quos omnia mortalia crimina deferantur, in quibus Christi fideles ceciderint, quo potestate clavium, remissionis, aut retentionis peccatorum, sententiam pronuntiant.* Ergo penitens in hoc foro soli Deo, & ejus Vicario subjicitur ; ergo illis solis debet fieri accusatio ; & per consequens si alius fiat, illa notitia per accidens se habet ad Sacramentum, & planè impertinens est ad validam Absolutionem.

Proinde meritò dixit Scotus ; Confessionem publicam, aut per interpretem non esse Sacramentalem, scilicet quantum ad actum publicitatis, ut sic loquar, quia talis modus ex natura sua tantùm ordinatur ad forum publicum ; licèt in substantia possit esse Sacramentalis, quæ videlicet includit informationem iudicis ; cum intentione recipiendæ Absolutionem.

Igitur sententia Scoti in hac materia est sententia communis, putà :

CONCLUSIO II.

Publica Confessio, aut per interpretem non videtur obligare, etiam in extrema necessitate.

Loquor de Confessione, quæ in specie & sigillatim omnia peccata mortalia, etiam occultissima illa sint, declarantur. Et quidem publicam Confessionem non obligare nemo inficiatur, & probatur communiter ex Tridentino sess. 14. c. 5. ibi : *Ceterum quæ ad modum confitendi secretè apud solum Sacerdotem, est Christus non venient, quin aliquis in vnicuique suorum scelerum & sui humilitationem, cum ob aliam exemplum, tunc ob Ecclesiæ offensam, ad satisfactionem delicta sua publicè confiteri possit ; non est tamen hoc divino præcepto mandatum, nec satis confitèrè humanà aliquà lege præcipitur, ut delicta, præsertim secreta, publicè essent Confessione aperienda.*

Si dixeris ; Concilium non loquitur de publica Confessione Sacramentali ; id est, in ordine ad Absolutionem, non enim mentitur remissionis peccatorum. Respondeo ; latè loquitur illo cap. de secretæ Confessione Sacramentali, eamque docet non alienam à divino mandato, sed jure divino necessariam & institutam esse, atque ab omnibus semel in anno iuxta margini Concilii Lateranensis Constitutionem adimplendam ; quo satis significat, Confessionem publicam, Sacramentalis sit (sicut esse potest) vel non ; neque jure divino, neque humano esse necessariam ; nisi velimus, Conc. tradidisse doctrinam prorsus mutillam, ne dicam perniciosam ; cum passim omnes Christi fideles judicent, se non teneri, nequidem jure divino, confiteri publicè, etiam in ordine ad Absolutionem seu remissionem suorum delictorum. Atque hoc significat ly *Solus*, quo videtur Concilium Later. dicens : *Omnia sua secreta peccata &c. confiteatur.* De prima ergo parte Conclusionis noli dubitare.

De secunda autem parte, scilicet de necessitate Confessionis per interpretem, disputatur inter Doctores Catholicos, Nonnullis aliter sententibus, eam omnino obligare ex præcepto divino ; sicut ex præcepto Ecclesiastico. Posteriorius probant ex Cap. *Omni utriusque sexus*, ubi expressis verbis inquit Lugo disp. 15. n. 65.) præceptum Confessionis annuæ imponitur, ut omnis fidelis teneatur solus confiteri sua peccata proprio Sacerdoti &c. Usque particula, *Solus*, apertè excludit obligationem confitendi coram alio. Unde non video, quomodo Valquez q. 91. a. 4. dub. 3. n. 3. dicit, ex illo textu nihil colligi ; quia in eo solum dicitur ;

dicitur, quod Confessio fiat proprio Sacerdoti; de modo vero, an per se, vel per alium penitens confiteri debeat, nihil dici. Hæc Emin.

Sed contra, dicit aliquis; calumnia est, secretam Confessionem, id est; quæ fit soli Sacerdoti, inventum humanum esse, atque à Patribus in Concilio Later. congregatis initium habuisse; neque enim (inquit Concilium Trid. sess. 14. c. 5.) per Lateranense Conc. Eccl. statuit, ut Christi fideles confiterentur, quod iure divino necessarium & institutum esse intellexerat; sed ut præceptum divinum Confessionis, saltem semel in anno, ab omnibus & singulis, cum ad annos discretionis pervenissent, impleteretur.

Vel ergo præceptum divinum non obligat ad confitendum per interpretem, vel etiam obligat præceptum Ecclesiasticum; cum hoc non sit aliud, quàm determinatio illius; ergo ly Solus, æquè concernit præceptum divinum ac humanum, adeoque si excludat interpretem à præcepto humano, itidem excludet eum à præcepto divino. Alioquin præceptum annuæ Confessionis non obligat ad id; quod Ecclesia iure divino necessarium & institutum esse intellexerat.

Arriaga disp. 51. n. 50. dubitat, utrum illa particula, Solus, fit ibi posita à Concilio, animo excludendi interpretem; an verò juxta phrasim, quam Tridentinum postea tenuit, ad excludendam obligationem Confessionis publicæ; quæ olim solebat in aliquibus Ecclesiis esse.

Et post pauca subinfert: Unde P. Vasquez licet omiserit illud verbum, Solus (in quo videtur esse aliqua difficultas; & ob quod eum reprehendit Lugo) re tamen ipsa bene docuit eaquest. 91. a. 4. dub. 3. n. 9. contra Sylvestrum, si semel dicatur, obligari nos in articulo mortis ad Confessionem per interpretem, etiam fore obligationem ad satisfaciendum præcepto annuæ Confessionis per interpretem.

Respondet Cardinalis supra n. 75. non potuit Ecclesia velle; quod jus divinum obligaret, quando penitens non potest solus confiteri, sed coram alio; cum expressè excluderit à sua obligatione vel modificatione calumiam illum.

Sed hoc est, quod queritur; & solum excludisse calumiam publicæ Confessionis, qualis non est Confessio per interpretem, ut fateretur Eminent. n. 73. videtur evidentè probari argumento supra facto; nam Tridentinum non alterius meminit modificationis seu determinationis, quam ut præceptum divinum Confessionis, quod alioquin solum urgebat in articulo mortis, saltem semel in anno impleteretur.

Quapropter sentio cum Vasquez, & aliis; vel Confessionem per interpretem non obligare ex præcepto divino, vel etiam obligare

ex præcepto Ecclesiastico. Porro quod non obliget ex præcepto divino, & consequenter, neque ex præcepto Ecclesiastico, ratio à priori est, voluntas Christi, quam colligimus ex communi sensu Doctorum, paucis sese opposentibus, idque satis debili fundamento, ut jam ostendo.

Licet, inquit Lugo (qui unus est ex illis paucis) præceptum divinum non obliget ad confitendum peccatum cum gravi detrimento extrinseco; non tamen apparet ejusmodi detrimentum sequi ex Confessione facta per interpretem fidelem & prudentem, cui non minus, quam ipsi Confessario fidere possit penitens. Suppono enim interpretem etiam obligatum manere secreto, atque adeo totum detrimentum esse, quod peccata, quæ aliàs nota esse deberent uni; manifestentur duobus. Hoc autem non esse tanti ponderis, ut excuset ab obligatione divini præcepti, probati potest ex aliis casibus; in quibus non obstante hujusmodi detrimento obligat Confessionis præceptum. Hucusque Cardinalis supra n. 66.

Respondeo ex Scoto 4. dist. 17. n. 31. illam non esse præcaram rationem; sed quia foris iste ex natura sua, id est, ex institutione Christi, est secretissimus. Quamquam enim aliter potuisset Christus Sacramentum instituire, equidem sine fundamento asseritur instituisse. Constat nobis instituisse Confessionem secretam; quæ fieret soli Sacerdoti; ut patet ex dictis Concl. præced. De Confessione autem per interpretem; neque Scriptura, neque ullum Concilium, neque Traditio meminit; quo ergo fundamento asseritur eam instituisse & præcepisse? Hæc Confessio, quæ fit soli Sacerdoti, tam difficilis est, ut nisi eam Christus præcepisset, Ecclesia non potuisset eam præcipere, ut docuimus sect. 6. concl. 2.

Quam difficultatem agnoscens Concilium Trid. sess. 14. cap. 5. ait: Ipsa hujusmodi Confessionis difficultas, ac peccata (etiam secretissima) detegendi (vel uni homini) verecundia; & gravis quidem videri posset, nisi tot tantisque commodis & consolationibus levaretur, quæ omnibus, dignè ad hoc Sacramentum accedentibus, per Absolutionem certissime conferuntur. Quanto difficilior erit Confessio, & gravior verecundia; non uni tantum, sed duobus (tametsi uterque teneatur celare) detegendi secretissima peccata. Quot hodie inveniuntur, qui nec uni audent detegere; quanto minus detegere duobus? Ergo non est verisimile (quidquid sit de gravi detrimento famæ) Christum actum tam difficile instituisse & præcepisse, cujus mandata gravia non sunt, & cujus jugum suave est, & onus leve.

Quamvis ergo Christus potuisset obligare fideles ad illam verecundiam, tamen ex nullo ejus dicto aut facto constat, voluisse obligare. Nonne etiam potuit obligare ad Confessionem

FFF 3 publi-

per inter-
pretem non
obligare ex
jure divino.

Fundamentum
tum oppo-
sitæ sen-
tentia ex
Lugone.

ad quod
respondetur
ex Scoto.

Difficultas
Confessio-
nis proba-
tur testi-
monio
Conc. Trid.
deat.

19. Inter-
rogare,
ate.
14. specie &
etiam
quidem
ne nemo
ex Tri-
ad mo-
tem, est
tam suo-
aliorum
ationem,
st tamen
confessio
ta, pra-
povenda,
dicitur de
est, in
demini-
tem lo-
sacramen-
no man-
ritutum
nta ma-
nem ad-
fessionem
potest)
humano
traditio-
dicam
isti fide-
em jure
dine ad
m deli-
quo uti-
sua solus
o parte
necessi-
spuatur
lis alio-
præcepto
ico. Po-
que sexus,
pur. 15.
æ impos-
con-
ce. Ubi
ationem
o, quo-
3. dicit,
o solum
dicitur;



publicam? Potuit omnino, & tamen noluit. Verbo ut absolvam; non sunt multiplicandae obligationes sine necessitate, qualis hic nulla ostenditur.

24. Respondeatur ad casus similes.

Quantum ad alios casus, quos supra affert Cardinalis: puta quando Superior non potest audire Confessiones integras eorum, qui habent casus reservatos, & ideo cogitur poenitens duobus manifestare suum peccatum sub eodem sigillo Confessionis. Item quando habens peccatum reservatum, potest in aliquibus casibus absolvi directe ab inferiori, cum onere tamen postea comparandi coram Superiore.

Ad hos, inquam, casus Respondeo; obligatio, si qua in illis est, manifestandi suum peccatum Superiori, & inferiori; dependet ex libera voluntate poenitentis; aut certe non oritur ex precepto Confessionis, sed ex particulari voluntate Ecclesiae, qua voluit, ut absolutus a sententia Canonis, vel hominis; propter periculum mortis, vel aliud impedimentum, ab eo, a quo alias non poterat absolvi, si cessante impedimento se non praesentet (cum commodè potest) ei, a quo alias absolvi debeatur, reincidat in eandem sententiam, quod indubie Ecclesia facere potuit, quia sicut haec ipsa instituit illas poenas, ita etiam instituire potuit formam & modum ab illis absolvendi; adeoque Superiori reservare impositionem debitae satisfactionis.

25. Obiectio.

Dices cum Lugone supra n. 69. Undecumque proveniat illa obligatio, certum tamen est, non posse hic & nunc poenitentem confiteri suum peccatum inferiori, quin eo ipso cogatur illud manifestare duobus; & tamen hoc detrimento non obstante; praecipuum divinum Confessionis obligat ad confitendum hic & nunc peccatum, & ad contemnendum illud incommodum.

Prima responsio.

Respondeo; est obligatio revelandi suum peccatum in ultimo casu Superiori & inferiori, de hac obligatione nobis constat per expressam voluntatem Ecclesiae; de obligatione autem confitendi per interpretem, quae pendet a sola voluntate Christi; minime; immo contrarium ex communi sensu Theologorum; ergo non valet Consequentia a Confessione reservatorum, ad Confessionem per interpretem.

26. Secunda.

Deinde sufficeret tali casu, se praesentare per Confessarium; sic enim obtinetur finis praecipui, qui est, mandatum Superioris humiliter recipere, & satisfacere prout iustitia suadebit, quod totum fieri potest, etsi poenitens in propria persona non compareat.

Tertio.

Denique, quid si dixerò, onus personae comparandi, esse causam sufficientem dimidiandi Confessionem? Cum enim onus illud sit extrinsecum Confessionis; nam illa posterior manifestatio, quae fieri debet Superiori, non est ullo modo Confessio, ut patet;

neque ullo modo necessaria ad Confessionem juxta Christi institutionem; cur non excuset a materiali integritate, sicut excuset peccatum contra obligationem sigilli? Maxime, cum Superior fortassis non teneatur illud peccatum celare; non enim manifestatur in ordine ad Absolutionem Sacramentalem, sed tantum ne absolutus reincidat in eandem censuram.

Si dixeris; constat Ecclesiam praecipere illam comparitionem. Respondeo; personale nego; realem; ut sic loquar, id est, ut poenitens compareat per se, vel per alium, transeat, Vel aliter distinguo; praecipit illam comparitionem, dependenter a voluntate poenitentis, id est, si velit absolvi ab inferiori; concedo totum; independentem, velit nolit, ita ut ipse ipsum confiteri inferiori, cum tali onere, nego. Hoc enim est, quod quaeritur; an quando non adest Confessarius, qui potest me absolvere sine tali onere, teneat confiteri ex iure divino; an verò possim Confessionem differre, aut dimidiare, donec habeam copiam Confessarii, qui possit me sine tali onere absolvere.

Et sane ipse Cardinalis eadem disp. n. 117. fatetur, Praelatum, qui concedit inferiori potestatem absolvendi a reservatis in itinere, cum onere postea coram se comparandi, nullatenus obligare subditum ad acceptandam facultatem sub eo onere; sed offert, inquit, facultatem, ut vel respuat, vel liberè eam sub tali onere acceptet. Ergo, infero ego, potest respuere, etiam quando urget praecipuum divinum Confessionis; adeoque celebrare, aut accipere Eucharistiam sine praevia Confessione, prout potest, quando non habet copiam Confessarii.

Et idem dico in primo casu Lugonis, quando Superior non posset, vel non vellet absolvere sacramentaliter a peccatis reservatis; videlicet, tunc poenitentem posse celebrare, & communicare, vel confitendo sola peccata non reservata inferiori, vel eliciendo Contritionem charitate perfectam sine praevia Confessione. Alioquin Praelatus reverà cogeret ad manifestandum sua peccata duobus, quod videtur nimium difficile, cum satis difficile sit, vel tantum manifestare. Vide quae ad hoc propositum latius diximus sect. 6. conel. 5.

Joannes Poncius disp. 46. n. 46. respondet ad propositam difficultatem: eo ipso quo voluntarie incidit in peccatum reservatum, ipsemet liberè obligat se ad confitendum eo modo, quo necessarium est, ut absolvatur a peccato, sive id faciat uni, sive duobus; sed non liberè se subicit ac culpabiliter impedimento illi, unde oritur quòd non possit confiteri, nisi per interpretem: ergo quamvis teneatur duobus in primo casu, non sequitur quòd teneatur id facere in secundo. Hucusque Poncius.

Sed non placet hae disparitas; nam arguitur

mentor sic: eo ipso, quo quis voluntariè incidit in peccatum mortale, ipsemet liberè obligat se ad confitendum eo modo, quo necessarium est; ut absolvetur à peccato, sive id faciat per se, sive per interpretem; ergo si in primo casu tenetur duobus, etiam tenetur in secundo. Neque enim impedimentum reservationis magis ipsi liberum est, cum pendeat à sola voluntate reservantis, quam impedimentum lingue ignota.

Ceterum Eminentissimus supra n. 72. libenter admittit, exemplam illud, habentis peccatum reservatum, non esse omnino simile; sed facilis posse differri Confessionem, propter incommodum adhibendi interpretem, quam propter incommodum manifestandi idem peccatum Superiori, & inferiori, quia licet utrumque sit æquale incommodum, illud tamen prius videtur esse magis extrinsecum Confessionem, quam hoc posterius; nam interpres videtur se habere solum ut medium ad Confessionem, seu ad manifestandum peccatum Confessario; difficultas autem, quæ provenit à medio, est magis extrinsecæ, & facilis excusat, ut constat in difficultate itineris ad inveniendum, vel accersendum Confessarium; at verò in posteriori casu difficultas est magis intrinsecæ, & quæ tota nascitur ex Confessione ipsa: nam tota illa manifestatio est Confessio, quæ fit utrique tam Superiori, quam inferiori, licet per accidens non possit compleri apud Superiorem. Hæc ille.

Sed contrà; si non est omnino simile, ad quid ergo affertur? Ad probandum, inquit, quod manere notitiam peccati sub secreto penes duos, non sit detrimentum adeo grave, ut propter illud omnino excusetur homo à præcepto divino Confessionis.

Optima responsio! Verùm si propter illud non excusetur homo omnino à præcepto divino Confessionis, quis tibi revelavit, quod excusetur à præcepto divino (si tale est) confitendi per interpretem ante celebrationem Missæ, aut acceptionem Eucharistiæ? Ubi scriptum invenisti, quod propter illud excusetur homo ab annua Confessione per interpretem? Num fortè propter illud excusetur homo habens peccatum reservatum? Quod si Ecclesia in uno casu possit obligare, & censuræ obligasse ad Confessionem annuam cum tali incommodo, cur non etiam in alio? Et enim quod dicit, unum incommodum esse magis extrinsecum, quam aliud; esto, quid tum? Nam inde ego inferam; ergo licet incommodum manifestandi idem peccatum Superiori, & inferiori, non excuset à Confessione in articulo mortis; equidem excusabit incommodum adhibendi interpretem.

Sicuti, secundum communem sententiam (quidquid Eminentissimus n. 74. absque fundamento reclamet) excusat ab obligatio-

ne confitendi in articulo mortis, quod ego sciam, Confessarium revelaturum meum peccatum vel uni viro prudenti, qui illa notitia in nullius præjudicium utetur. Non præcisè propter gravitatem infamiae; quia Multi docent, non esse peccatum mortale, revelare crimen proximi occultum; uni viro prudenti, qui illud non est revelaturus (quamvis & alii hoc negent) sed quia, ut supra dixi ex Scoto, foris ipse ex natura sua, id est, ex institutione Christi, est secretissimus; ergo non tenetur aliquis ad ipsum forum, ut aliquo modo publicum. Et quamvis vir ille prudens non sit revelaturus peccatum, tamen si velit malignari, potest revelare; & ita hæc accusatio potest venire in publicum.

Ex quo patet differentia inter hunc casum, & casum peccati reservati, quando pro absolute à censura oportet recurrere ad Superiorem; nam absolutio à censura non est fori istius secretissimi, id est, fori Sacramenti Pœnitentiæ; quamvis aliquando in Sacramento detur; sed per se spectat ad forum externum: quid ergo mirum, si aliquando peccatum, quod habet annexam censuram, debeat duobus manifestari, uni pro Sacramentali Absolutione, alteri pro absolutione à censura?

Præsertim cum Marchantius to. 1. Tribunalis Sacram. tr. 2. tit. 4. q. 7. explicet cap. Eos qui, de Sent. Excommun. in 6. in quo præcipitur ille recursum, explicet, inquam, de solis censuris deductis ad forum contentiosum; quod an verum sit, suo loco examinabimus.

Similiter respondeo ad aliud argumentum Lugonis n. 70. gravius incommodum, inquit ille, æstimatur plerumque, sex millaria conficere, aut vocare Sacerdotem per sex millaria distantem, quam confiteri bis, seu apud duos idem peccatum: hoc enim posterius passim & absque difficultate faciunt plures; & tamen istud prius incommodum non excusat à Confessione in periculo mortis, quamvis excusaret à Confessione annua, vel Confessione præmittendâ Communioni vel celebrationi. Ad hoc, inquam, argumentum Respondeo:

Esto, non excuset; nunquid incommodum istud repugnat foro isti secretissimo, quemadmodum repugnat Confessio per interpretem? Liqueat quod non; cum enim in periculo mortis omnes soleant confiteri, etiam illi, qui nullum de novo habent peccatum mortale, sanè sine ulla speciali suspitione, etiam mortalis in genere, multo minus omnium specialium peccatorum, etiam merè internorum, potest adhiberi tanta diligentia vocandi Confessarium; ac proinde ne in minimo quidem puncto præjudicat tale incommodum secreto Confessionis; sicuti præjudicat Confessio per interpretem de omnibus peccatis, etiam merè internis, in specie & sigillatim.

Confessione revelatio Confessarii vel unitati.

33. Differentia inter hunc casum, & casum peccati reservati.

Marchant.

34. Aliud argumentum Lugonis.

Solvitur ab Auctore.

Et

Et aliunde, quando Confessarius est præsens, evitari potest periculum damnationis, si moribundus det signa doloris, & petat Absolutionem, est nullum peccatum dicat in particulari; quia tunc omnia saltem indirecè remittentur, quod non habet locum, quando Confessarius abest; ergo major ratio est accersendi cum incommodo aliquo Confessarium abentem, quam confitendi Confessario præsenti omnia peccata in specie, & sigillatim per interpretem.

35. *Præcisè ex vi præcepti divini Confessionis non est obligatio confitendi per interpretem in articulo mortis.*
 Persisto itaque in Conclusionè, & dico, præcisè ex vi præcepti divini Confessionis nullam esse obligationem confitendi per interpretem omnia sua peccata in specie, & sigillatim, etiam in periculo mortis; maxime, sicut ait Scotus supra, quando timetur ipsum non esse secretarium idoneum. Ubi ly Maxime subindicat, etiam non esse obligationem, secluso isto timore: quamvis Scholasticus ex illa particula occasionem sumperit dicendi: Doctor videtur admittere, præceptum confitendi per interpretem obligare, quando non timetur revelatio Confessionis.

Quæ expositio confirmari potest ex Report. impressis Lugduni eadem dist. n. 33. ubi sic scribit Doctor: *Ad tertium de mutò, dico, quòd mutus, si aliter non potest loqui, debet confiteri per signa, si nota sint illa Sacerdoti: quòd si non sint ei nota, videtur quòd debet confiteri per interpretem, qui novit ista signa. Et si hoc sit verum (ergo dubitat de veritate) tunc dico, quòd quicumque interpretis illius muti, noscens sua signa, tenetur ad sigillum Confessionis observandum, sicut Sacerdos, sive ille interpret sit laicus, sive Clericus; & tunc non est periculum, facere Confessionem per interpretem sive animum, sive alium. Si verò sit periculum, quòd nolit hoc celare, dico, quòd non oportet nec mutum, nec barbarum confiteri per interpretem; sed mutus confiteatur Deo, & expectet proprium Sacerdotem, & hoc universatè melius est, quàm confiteri per interpretem talem; quia nullus tenetur exponere se periculo infamiae. Hucusque Scotus.*

Et in Report. impressis Colonia eadem dist. n. 12. ita lego: *Ad aliud de barbaro dicitur, quòd debet confiteri per interpretem. Sed non audeo hoc asserere; sed expectet, cum proposito confitendi, eum habeat Sacerdotem præsentem, cui potest loqui.*

36. *An saltem ex præcepto Charitatis non sit obligatio?*
 Quæris à me, an saltem ex præcepto Charitatis non sit obligatio? Resp. affirmativè, si moribundus probabiliter timeat vel dubius sit de Contritione Charitate perfectà; saltem ad Confessionem sufficientem pro valida Absolutione. Ratio in promptu est; quia in extremis eligendum est medium salutis magis certum, saltem absolutè certum, quale non est Contritio, quam probabiliter timeo non esse Charitate perfectam; ergo tunc eligenda Confessio, quæ est medium moraliter certum.

Quia autem ad validam Absolutionem non

semper requiritur Confessio materialiter integra, sufficeret tali casu confiteri aliqua peccata mortalia minoris infamiae, vel solum in genere se accusare de peccatis mortalibus; & in particulari de aliquo solum veniali. Vix equidem est natum fieri, ut quis, etsi idiomaticis ignarus, non possit abique interprete per scriptum vel nutus explicare Sacerdoti aliquod saltem peccatum in particulari, cum etiam id facere possint muti. Deinde quando id fieri non possit, sufficeret exprimere in genere desiderium Absolutionis, & statim peccatoris in communi; quod utique possit facere per nutus, & sine incommodo, etiam per interpretem. Ita Herincx part. 4. tract. 4. disp. 3. n. 91.

Sed numquid si omnia peccata sua possit exprimere per scriptum, vel nutus, teneretur sic exprimere? Deinde si voce possit exprimere, nunquid sufficeret exprimere per scriptum, vel nutus? Respondeo ad utramque questionem:

CONCLUSIO III.

Consuetudo requirit Confessionem vocalem, quamvis ratio non ostendat, quòd sub mortali. Sufficit ad vocalem, quòd pœnitens, postquam Sacerdos legit peccata scripta, dicat, *Accuso me de his omnibus.* Interim nutu, aut scripto, in defectum vocis, potest, & debet fieri, si absit periculum infamiae.

SUppono tanquam certum, Confessionem realem (si ita loqui placeat) id est, quæ fit scripto, aut nutibus, tamen si aliquo foret possibilis Confessio verbalis, id est, quæ fit verbis formalibus, & propriè dictis, nihilominus validam esse, est aliqui in contrarium citentur.

Et ostendo manifestè ex Concilio Tridentino sess. 14. c. 5. ubi probat necessitatem Confessionis: *Quia Dominus noster Iesus Christus, è terris ascensus ad Caelos, Sacerdotes sui ipsius Vicarios reliquit, tanquam Presbites & Iudices, ad quos omnia mortalia crimina deferantur, in quæ Christi fideles ceciderint, quo pro potestate Clavium remissionis aut retentionis peccatorum, sententiam pronunciant: constat enim Sacerdotes iudicium hoc, incognitè causà, exercere non posse* &c.

Atqui tam perfectè, si non perfectius, per scriptum deferuntur mortalia crimina ad Sacerdotes; & tam perfectè, si non perfectius, cog-

notetur causa per scriptum, quam per voces; ergo &c.

Sane ad iudicium humanum, secluso iure positivo, perinde est, an accusatio fiat verbo, scripto, vel nutibus, immo ordinariè requiritur, quòd fiat scripto; cur ergo etiam id non sufficiat in iudicio sacramentali? Scio Abolutiõnem scriptam non valere, etsi sententia in foro externo scripta sufficiat, & in aliis multis esse differentiam inter unum, & aliud iudiciũ; sed ut idem credam de Confessione vocali, nullam talem habeo rationem, qualem habeo pro Abolutiõne vocali, & aliis multis.

Quin immo, inquit aliquis, ratio est; quòd Conc. Florentinum in Decreto Eugenii vocet quasi materiam huius Sacramenti, oris Confessionem: ibi: *Quartum Sacramentum est Penitentia, cuius quasi materia sunt actus penitentis, qui in tres distinguntur partes. Quarum prima est cordis Contritio. . . . Secunda est oris Confessio.*

Respondeo; aut signum æquivalens, ut patet ex illis, quæ sequuntur, *Ad quam*, inquit, *pertinet, ut peccator omnia peccata, quorum memoriam habet, suo Sacerdoti confiteatur integraliter.* Non dicit: *Confiteatur vocaliter*, sive vocibus propriè dictis; sed simpliciter, *Confiteatur*, id est, manifestet Sacerdoti sua peccata, quod fieri potest, ut jam ostendimus, scripto, aut nutibus absque verbis propriè dictis. Simili modo idem Concilium in eodem Decreto loquitur dicens: *Hæc omnia Sacramenta tribus perficiuntur, videlicet rebus tamquam materiã, verbis tamquam formã: quod tamen intelligendum est etiam de verbis impropriè dictis, seu signis æquipollentibus, propter Matrimonium, quod contrahi potest solis nutibus.*

Quod probè intelligens Concilium Trid. ut omnem ambiguitatem tolleret, sess. 14. c. 3. secundam partem Penitentia, quam Florentinum vocaverat, *Oris Confessionem*, simpliciter appellat, *Confessionem* dicens: *Sunt autem quasi materia huius Sacramenti, ipsius Penitentis actus, nempe Contritio, Confessio, & Satisfactio.*

Suppositã ergo validitate Confessionis, aliò modo factæ quàm verbis propriè dictis; nihilominus consuetudinem confitendi vocaliter, nemo inficias erit; in tantum, ut licet multi reperiantur, qui peccata sua, memoriæ causã, scripta secum habeant, equidem vocaliter confiteantur. An autem illa consuetudo obliget sub mortali, meritò ab Aliquis dubitatur; eò quòd magis videatur inducta propter communem modum agendi cum hominibus, quàm animo se obligandi.

Et verò quod tantum mysterium in illa applicatione vocali, ut debeat, aut possit censeri gravis materia? Ad nihil aliud deservit, quàm ad maiorem verecundiam penitentis, qui tamen excessus non est notabilis; supposito quòd penitens sit præsens, quando confitetur, ut graphicè expressit Doctor Subtilis 4. dist. 17.

n. 32. Quilibet scribens aliquid, facit in hoc, quod est contra naturam signi idonei in Confessione: & in ista scriptura tollitur verecundia, quæ est poena magna in Confessione, & hoc nisi confitens sit præsens, quando per scriptum confitetur; & ideo quod dicitur 30. q. 5. Qualis esse debeat, quòd quis potest consistere per scripturam, Ioannes exponit, quando confitens est præsens; quia absens non potest licite, id est, sine gravi peccato, Ergo præsens, secundum Scotum, potest licite, id est, sine gravi peccato; quia videlicet tunc non tollitur verecundia, quæ est poena magna in Confessione; licet paululum minuatur, & ideo possit esse peccatum veniale.

De Confessione per scripturam, quæ fieret absenti, intelligo, quod refertur cap. *Quem penitet.* dist. 1. de Penit. ex lib. de vera & falsa Penit. (apud D. Augustinum tom. 4.) c. 10. *Præceptum Dominus mandandis (alias mundatis) ut ostenderent ora Sacerdotibus, docens corporali præsentia existenda peccata, non per nuntium, non per scriptum manifestanda.* Dixit enim, *Ora monstrate, & Omnes, non unus pro omnibus.* Non alium statuit nuntium, qui pro rebus offerat minus, à Moyse statutum. Sed qui per vos peccastis, per vos erubescatis. Erubescencia enim ipsa partem habet remissionis. Ex misericordia enim hoc præcepit Dominus, ut neminem penitetet in occulto. In hoc enim quod per scriptum dicit (verbis formalibus, aut æquipollentibus) Sacerdoti, & erubescenciam vincit timore offensi, sit venia criminis; sic enim per Confessionem veniale, quod criminale erat in operatione.

Cum ergo voces propriè dictæ neque ex iure divino, neque ex iure Ecclesiastico scripto probentur necessariae; ratio quoque naturalis nulla adferatur alicujus notabilis considerationis; ignoto planè, quare Doctores communiter doceant, consuetudinem illam graviter obligare; meo iudicio, salvo meliori, magis alleviandum est, quantum fieri potest, iugum Confessionis, quàm aggravandum.

Dices; videtur quidam contemptus & irreverentia; non velle duo vel tria solummodo verba proferre, ut putã; *De his me accuso*, quando commodè fieri potest, maximè cum hoc sit securius.

Resp. quantum ad securitatem; nulla est ratio dubitandi de valore Confessionis aliter factæ ut statim videbitis. Contemptus autem, ut suppono, non est formalis; porro virtualis, qui non est aliud, quàm voluntaria transgressio præcepti; tibi & quando commodissimè posset servari, mortalis est, vel venialis, prout præceptum graviter aut leviter obligat.

Interim omnibus auctor sum, ut, quantum commodè fieri potest; voce confiteantur, non autem scripto; aut nutu; sin verò obstat nimia verecundia; aut prohibeat periculum revelationis peccatorum propter adstantes, aut alia iusta causa occurrat, putã difficultas in loquendo, nimia scrupulositas in explicanda

40. Explicatur cap. quem penitet, d. 1. de Penit.

41. Obiectio. De his me accuso, quando commodè fieri potest, maximè cum hoc sit securius.

Obstat ut Confessio vocalis.

Gggg canda

canda specie, aut numero peccatorum &c. confuso, ut potius scripto confiteantur, quam omnino abstineant, aut formaliter non integrè confiteantur; nec solliciti sint de peccato, quia nullum erit. Quamquam existimem, si vera est sequens pars Conclusionis, vix posse occurrere caulam justam, cum facillimum sit his, qui loqui possunt, dicere illa verba: *Accuso me de his omnibus*, postquam Sacerdos legit peccata scripta.

42. Sufficit ad vocalem Confessionem quod penitens dicat: *Accuso me de his omnibus* postquam Sacerdos legit peccata. Lugo. Probatur simili.

Quod autem hoc sufficiat ad vocalem Confessionem, ut habet sequens pars Conclusionis, docet Lugo disp. 15. n. 80. quem alii Recentiores sequuntur. Probatur à simili; si Sacerdos aliunde peccati notitiam haberet, v. g. si vidisset me peccantem, satis esset, si penitens diceret; *Accuso me de illo peccato, quod vidisti*. Ita tenet Suarez disp. 22. sect. 6. n. 5. dicens: Si repetitio Confessionis (invalida) fit eidem Sacerdoti, qui adhuc retinet memoriam sufficientem peccatorum, non erit necessarium singula dicere; sed omnia uno verbo subijcere supplendo defectum. Ratio est; quia supposita priori narratione, illud unicum verbum æquivaleret distinctæ Confessioni; quia sufficienter faciet præsentia peccata omnia in notitia Confessoris. Sicut si Sacerdos novit extra Confessionem omnia peccata, uno verbo dici ei possunt in Confessione, scilicet se accusando de omnibus, quæ alter novit. Et in his conveniunt Auctores. Hæc ille.

Quid autem interest, quâ viâ Sacerdos noverit peccata extra Confessionem, sive oculis suis inspiciendo, sive legendo ex charta, sive per relationem penitentis &c.? Eadem enim est ratio; quia videlicet per has voces: *Accuso me de his omnibus, quæ nosti*, illa peccata, quæ antea solum noverat extra Sacramentum, jam cognoscit sacramentaliter, seu in ordine ad Absolutionem sacramentalem: porro confiteri sacramentaliter, non est aliud quàm per voces caulare notitiam sacramentalem peccatorum.

43. An etiam sufficiant hæc verba, antequam Sacerdos legit peccata?

Rogas, an etiam sufficiat dicere illa verba, antequam Sacerdos legerit, aut legat peccata scripta? Joannes Poncius in suo Curs. Theol. disp. 46. n. 48. nullam in hoc differentiam videt; neque Herinx part. 4. tract. 4. disp. 3. n. 87. eò quod talis accusatio satis maneat moraliter; etiam post lecta peccata, & ex eo quod non retrahet se, & maneat expectans Absolutionem post lecta peccata, sufficienter innotebit Confessario, quod etiam post lecta peccata accuset se de illis.

Cardinalis Lugo videt differentiam: Tunc enim (inquit n. 82.) accusatio verbalis, quæ præcederet, non explicaret sufficienter peccata; sed completeretur accusatio per scripturam postea legendam, cum ante illam lectam, nondum sciret Sacerdos peccata, in judicium adducta. At verò in priori casu, cum supponeretur notitia peccatorum in Sacerdote, suffi-

cienter se accusaret verbaliter penitens, accusando se de peccatis illis jam cognitis à Sacerdote; per illa enim verba satis significaret, quæ peccata afferret ad judicium. Ita Emin.

Probatur à simili: Si penitens Sacerdoti præsentia diceret: *Accuso me de peccatis, quæ postea mittam ad te scripta*, Confessio illa censetur facta absentem, quia completeretur per scripturam, missam ad absentem. Similiter si accusaret se in præsentia de peccatis, quæ postea Sacerdoti per nuntium explicaret. Secus si prius per litteras, vel nuntium Sacerdoti absentem manifestaret peccata; & postea præsentem Sacerdote accusaret se de illis peccatis, quæ ex scriptura, vel nuntio noverat.

Item si Sacerdos audiret peccata idiomate ignoto, & postea penitente absente interrogaret alium de significatione istarum vocum; talis Sacerdos virtute illius Confessionis non posset absolvere penitentem, nisi repetentem Confessionem, vel approbantem, quam prius fecerat; quia nimirum illæ voces nihil tunc significarent Confessario, & idè illa tunc non fuit accusatio sacramentalis. Contra verò, si Sacerdos prius sensum illarum vocum didicerat, postea illæ eadem voces veram continent accusationem sacramentalem. Sic ergo in casu nostro eadem verba post lectam scripturam sufficienter ad sacramentalem Confessionem, quæ antea non sufficienter, quia ob defectum notitiæ in Sacerdote non explicabant illi ea verba, de quibus peccatis penitens loqueretur. Hæc summam ex Lugone.

Ego, inquit Ariaga disp. 51. n. 58. non putarem, si utrumque fit in uno momento quasi moraliter, ut simul det sedam dicens: *De his me accuso*, & expectet ibi donec Sacerdos legat, & tunc accipiat Absolutionem, non, inquam, puto esse ullam prorsus differentiam, & fortè in illo ipso casu, quo diceret præsentem; *Accuso me de peccatis, quæ tibi postea mittam*, & post quæ ego veniam pro Absolutionem, putarem omnino sufficere; quia ille adventus postea judicari deberet suppositis circumstantiis loco Confessionis; & sufficeret si diceret: *Peto Absolutionem de illis*. Hæc Ariaga.

Interrogas quid ego sentiam? In primis haud dubito, quin adventus ille, de quo Ariaga, esset valida Confessio, si non vocalis propriè dicta, saltem æquivalens in ordine ad valorem Sacramenti, immo & vocalis propriè dicta, si diceret: *Peto Absolutionem de illis*; quæ enim differentia inter hæc verba post notitiam peccatorum, & illa: *Accuso me de his peccatis*. Nulla omnino.

Porro solus adventus, & expectatio Absolutionis, absque aliis verbis, subsequens notitiam peccatorum, non video, quomodo sit Confessio vocalis, de qua hic tractamus; quia per verba præcedentia non ita significabantur peccata, ut pro tunc Sacerdos posset ea intelli-

intelligere, ergo pro tunc non erant Confessio vocalis; quia Confessio vocalis sunt voces manifestantes peccata Sacerdoti, in ordine ad Absolutionem; pro tempore autem subsequenti jam amplius illa verba non existunt, adeoque quae talia, id est, quae verba proprie dicta, non possunt esse Confessio, sicuti haec verba: Hoc est Corpus meum, hodie prolata; non possunt cras esse forma Consecrationis; quia forma debet constare verbis proprie dictis, ergo similiter haec verba: Ego me accuso de istis peccatis, hodie prolata, antequam Sacerdos peccata noverit, non possunt cras esse Confessio vocalis, est tunc Sacerdos cognoscat peccata, de quibus poenitens heri loquebatur.

Sed quid si utrumque fiat in uno momento quasi moraliter, ut simul det schedam dicens: De his me accuso? Respondeo; si Sacerdos in eodem momento quasi moraliter simul legat peccata scripta, forte id sufficeret ad Confessionem vocalem; sicuti sufficit ad formam Baptismi, quod verba quasi moraliter profertur cum ablutione; quamvis non sufficeret, si hodie profertur verba, & cras fieret absolutio. Et ratio est; quia tunc verba illa formalia, licet physice amplius non existant, eadem moraliter adhuc censentur perseverare, & quasi adhuc existere pro parvo illo tempore; altero autem die acquidem moraliter; sed ad summum virtualiter aut habitualiter, quod non sufficit ad locutionem formalem & proprie dictam; qualis tamen debet esse forma Sacramenti Baptismi, & Confessio vocalis, de qua quaerimus.

Alioquin ipse Cardinalis admittit n. 84. & nos cum illo, ad valorem Sacramenti sufficere meram scripturam, Sacerdoti praesenti datam, tamen si Sacerdoti legenti peccata non annuat, & confirmet se id fecisse, scilicet explicitè; nam implicitè ex eo, quod non retractet se, & maneat expectans poenitentiam, & Absolutionem post peccata lecta; censetur se rursus de illis accusare.

Ex quo patet responsio ad fundamentum Poncii; & Herinex; nimirum, accusationem illam moraliter permanere post lecta peccata, quae accusatio est; secus quae accusatio vocalis proprie dicta. Similiter ex eo, quod non retractet se, & maneat expectans Absolutionem post lecta peccata, sufficienter innotebit Confessario, quod etiam post lecta peccata sculet se de illis accuset, inquam; realiter; non autem vocaliter.

Restat ultima pars Conclusionis, quae cum communi DD. asserit, Confessionem realem in defectum Confessionis vocalis non solum licitam esse; sed etiam praecipuam, si absit periculum infamiae; quamvis Scotus posset alicui videri subdubitasse; nam q. dist. 17. ad 8. argumentum, putat; Item non habens Sacerdotem praesentem, non potest ei verbotenus confiteri, patet nec tenetur per scriptum, quia super hoc non invenitur

praecipuum divinum. Respondet n. 32. Ad aliud videtur Confessio quandoque facienda per scriptum, ut legitur de Thoma Cantuariensi, qui misit ad Curiam pro Absolutione. Sed hoc videtur esse contra rationem Confessionis; quia omnis scriptura ex sui natura nata est esse publica; quantumcumque enim aliquis conservat secretum apud se scriptum, tamen ex quo mittit illud, vel propter nuntium, vel propter illum, ad quem mittitur, potest publicari, & semper ex sui natura, est patulum cuicumque legenti loquens, quod ibi continetur. Haec Doctor Subtilis.

Sed liquet profecto, ipsum loqui de Confessione scripto faciendae absenti: Ex quo mittit, inquit, illud, vel propter nuntium, vel propter illum, ad quem mittitur. Et clarius patet ex sequentibus verbis: Quilibet ergo scribens aliquid &c. Vide supra circa principium Conclusi.

Ceterum ratio communis doctrinae est; quia talis modus confitendi per scriptum Confessario praesenti, per se non est publicus, immo aliquando magis secretus; nam voces a circumstantibus facilius audiri possunt, quam scriptum legi; & sicut per accidens fieri potest, ut voces audiantur, ita etiam per accidens fieri posset, ut scriptum legeretur. Unde quod dicit Scotus supra: Omnis scriptura ex sui natura nata est esse publica, intelligendum videtur, quando mittitur ad absentem; aut permanet apud Confessarium; secus, quando traditur Confessario praesenti, & perlecta redditur poenitenti, mox combutenda, vel alio modo destruenda.

Hinc in Report, impressis Lugduni eadem dist. n. 34. sic lego: Ad quartum de illo, qui non habet Sacerdotem, dicitur, quod tenetur ei confiteri per scriptum. Sed hoc non intelligo, quia sicut forum & iudicium illius Sacramenti est secretissimum, ita & accusatio debet esse maxime privata & secretissima, quia forma fori privati non est de publico accusando; sed omnis accusatio in scriptis, vel facta per scripturam, ex genere & natura talis actus scripturae, sit publica ab illo tempore, quo emanat à manu mittentis, propter multa pericula, quae possunt contingere, quibus se exponit sic confitens; quia littera possunt in via, & in termino aperiri, perdi, & multipliciter distrahi; igitur contra naturam Confessionis Sacramentalis est, quod fiat per scripturam; tenetur igitur expectare copiam Sacerdotis.

Similiter loquitur in Report, impressis Coloniae eadem dist. n. 12. ibi: Quod quidam dicunt (de non habente Sacerdotem praesentem) quod debet confiteri per scripturam, hoc est contra naturam Sacramenti huius; quia iste actus quantum est de natura sua debet esse privatus. Sed actus scripturae de natura sua est publicus. Unde posset nuntius eum decipere aperiendo litteram, vel perdere litteram, & posset aperiens litteram eum probare infamem per propriam scripturam, ideo tenetur expectare cum bono proposito.

Dices, quod mittatur, vel non mittatur ad absentem, per accidens est; interim semper

Explicatur Scotus,

49. Ratio communis doctrinae.

Scotus

49.

50. Objectio.

Gggg 2 vetum

verum est dicere: *Littera scripta manet*; & ideo multa homines audent dicere verbis; quae tamen scripto tradere reculant; ergo ex sui natura qualibet scriptura nata est esse publica; nam quod statim post Confessionem rumpatur; etiam per accidens est; immo communiter ab illis, qui sic confitentur, non rumpitur; quamquam alioquin modus scripto confitendi infortis sit, & à paucis frequentatus. Quocirca plures apud Dianam parte 3. tr. 4. resol. 128. existimant; legem Ecclesiasticam in tali casu non obligare; praesertim, quia plerumque talis modus non vacat omni periculo publicationis.

Sed contrarium verum videtur; nam quidquid sit de natura scripturae, quae indubie permanens est, in quo distinguitur à voce, quae naturam suam transiit; equidem quantum ad esse publicum, etiam vox nata est esse publica; sic enim hodie multa publicantur in Republica; tam civili, quam Ecclesiastica sola voce; & huiusmodi publicatio sufficit ad inducendam obligationem, quamvis scriptura saepe addatur, propter ejus permanentiam. Num ideo modus confitendi vocaliter apud solum Sacerdotem dicitur ex natura sua publicus? Minime; cur ergo modus scripto confitendi apud solum Sacerdotem praesentem; dici debeat publicus ex sui natura?

§ 1. Aliud est de modo confitendi per interpretem, qui necessario complectitur notitiam plurimum; ut patet; secus modus confitendi per scriptum; tamen hic & nunc fieri posset; ut ex eo plures devenirent in notitiam peccatorum. Et quamvis propter scripturam permanentiam sapienter natum sit fieri, ut plures deveniant in notitiam peccatorum ex Confessione scripta, praesertim quando mittitur ad absentem; quam ex Confessione vocali, quae non permanet; equidem aliunde, ut supra notavi, voces facilius audiri possunt à circumstantibus, quam scriptura legi.

Quapropter in Conclusionem additur illa particula: *si absit periculum infamiae*. Enimvero quando adest periculum infamiae; nequidem obligat Confessio vocalis aequè solum Sacerdotem; nisi ex propria charitate in articulo mortis, quando alioquin infirmus prudenter timet aeternam damnationem; juxta dicta Concl. praeced. multo minus Confessio per scriptum; utpote contra consuetum modum confitendi; & propterea illicita, nisi adfit iusta causa.

§ 2. Quin immo dubitatur de valore, quando fieret Sacerdoti absentem, & plures resolvunt non valere, propter Constitutionem quamdam Clementis VIII. quam ad longum retulimus sect. 3. concl. 5. in qua damnat hanc propositionem: *Licere per litteras seu intermedium Confessario absentem peccata sacramentaliter confiteri, & ab eodem absente Absolutionem obtinere*. Nihilominus dico:

CONCLUSIO IV.

Confessio, absentem facta, non semper est invalida; estò graviter peccaminosa extra necessitatem.

Ultima pars est communis; tum, quia ille modus confitendi notabiliter delectatur à communi modo, & à communi praxi Ecclesiae; tum, quod per illam Confessionem non satis distinctè & commode explicentur peccata; tum denique, quia per illum modum dispositio poenitentis non potest sufficienter Confessario innoscere; potuit enim interea temporis, quo Confessio delata fuit absentem; & differtur Absolutio, peccata mortaliter, per consequens retrahere dolorem; ergo periculum invalidae Absolutionis potissimum cum disputetur de valore huiusmodi Confessionis; quod est signum facti manifestum gravitatis materiae; ergo si prohibita est, quidni graviter? Interim cum etiam probabile sit, illam valere; saltem quando fit ex intentione obtinendi Absolutionem à praesente, ut patet ex dicendis pro prima parte conclus. non video, cur non liceat in necessitate; in qua utimur materia & forma probabilis Baptismi, & aliorum Sacramentorum. Neque necessitas habet legem Ecclesiasticam.

Itaque principaliter disputatur & controversatur hic prima pars Conclusionis, cui à multis contrahitur, potissimum propter Decretum Clementis VIII. nam quod ad rationem attinet, illa potius videtur nobis favere; liquidem ideo Christus requisivit Confessionem ante Absolutionem; quia Absolutio est sententia remissionis peccatorum, quae non potest pronuntiaris incognita causa; non potest autem cognosci causa, nisi per ipsum reum crimina deferantur. Subsumo; atque possunt deferri crimina ad absentem, idque sufficienter ad sententiam valide ferendam ut constat ex iudiciis humanis; ergo &c.

Fateor non in omnibus argumentandum esse à iudicio humano, ad iudicium Sacramentale, ut patet ex alibi dictis; & impraesentiarum illi, qui admittunt validam Confessionem in absentia Confessarii, negant validam Absolutionem in absentia poenitentis; cum tamen & haec valeat in iudicio humano; sed dico, non esse recedendum à paritate, nisi vel ex Scriptura; vel ex communi sensu Ecclesiae constet de disparitate, id est, de contraria voluntate Christi. Jam autem neque ex Scriptura, neque ex communi sensu Ecclesiae constat, Christum requisivisse ad valorem Sacramentalis Confessionem in praesentia Confessarii, sicuti constat

Solvitur.

§ 1.

Differentia inter modum confitendi per interpretem, & per scriptum.

§ 2.

An valeat Confessio per scriptum facta absentem.

constat ex communi sensu Ecclesie post Clementem VIII. requisivisse Absolutionem in presentia penitentis. De Scriptura est res indubitata: de sensu communi Ecclesie disputari potest, propter Decretum Clementis, ad quod varii varie respondent.

Suarez disp. 21. sect. 4. n. 10. sic ait: Exi-
55. s-
fimo non fuisse mentem Sanctissimi, de hac
opinionem (puta Absolutionem moribundi, qui
dedit signa Penitentiae in absentia Confessa-
rii) tractare; sed solum de illa, quae dicit, Sa-
cramentum Penitentiae posse perfici ac con-
firmari inter absentes. Atque ita illam particu-
lam, Et, non esse divisivam, sed complexivam
sumendam; praecipue illud damnasse propter
eos, qui dicebant, Absolutionem posse dari
in absentia.

Moveor tum ex circumstantia litterarum
nam si aliud voluisset, potius id explicasset
per particulam, Vel. Item hoc clare indicat
illud singulare signum demonstrativum, Hanc
propositionem; nam ex eo constat, solum hy-
potheticam propositionem per modum unius
damnari. Tum propterea, quia illa erat con-
troverfia, de qua tractabatur; tum denique,
quia illa sola opinio est aliena ab usu Ecclesiae;
haec autem est illi & Decretis conformis. Ni-
hilominus declarationem hanc, ejusdem Ponti-
ficis censurae subiecto, sicut caetera omnia,
quae tam in hoc, quam in caeteris operibus
meis continentur. Haec tenet Suarez.

Si a me quaeritur, an declarationem hanc
Sedes Apostolica censuraverit? Respon-
sio patet ex Decretis, quae subijcio: Die 14.
Julii Anno 1605. Proposita causa P. Francisci
Suarii Jesuitae, & consideratis his, quae scripsit
to. 4. in 3. partem S. Thome sect. 4. disp. 21.
interpretando Decretum sel. record. Clement.
Papa VIII. factum die 20. Julii Anno 1602. quo
damnatae hanc propositionem videlicet, Licere per
litteras seu internuntium Confessario absenti
peccata sacramentaliter confiteri, & ab eodem
absente Absolutionem obtinere; ac etiam
matute discussis his, quae idem P. Suarez adduxit
in defensionem suae interpretationis, auditis vocis
Illustrissimorum Dominorum, Sanctissimus (Paulus
V.) decrevit, dictam interpretationem Patris
Suarez ad supradictum Decretum non subsistere,
& ideo amovendam esse ab eius libris, iuxta Decreta
aliae facta a sel. record. Clem. Papa VIII. de quibus
in actis sancti Officii.

Praeterea eodem anno die 20. Julii Sacra
Congregatio decrevit: Ex libris Patris Francisci
Suarez Jesuitae disp. 23. sect. 11. n. 12. amoveantur
infra scripta verba, videlicet: Atque ex hac
resolucione; asque ibi, in absentia Confessoris.
Idem P. Suarez corrigat suum librum, & ante-
quam evulget, ostendat huic Sacrae Congregationi.

Tertium Decretum datum fuit eodem
anno 18. Augusti, & sic sonat: Sanctissimus
decrevit ex to. 4. Patris Suarez Jesuitae in 3. par-

tem S. Thome disp. 21. de Confessione sect. 4. cui
titulus est: Utrum de necessitate Confessionis
sic; ut penitens Sacerdoti praesenti imme-
diatè, & per seipsum revelet peccata sua, to-
tam esse amovendam, nec aliam eius loco subrogan-
dam.

Propter haec ergo Decreta Multis videtur,
utramque propositionem divisivè esse damna-
tam, qui ad primam rationem Suarii respon-
dent; licet ex natura sua particula, Et, sit
copulativa; nihilominus accipi pro disjunctiva,
Vel, quoties ex subiecta materia hoc colligi-
tur. Impraesentiarum autem colligitur; quia
eodem modo loquitur Pontifex de utraque
propositione, Alias enim neque esset illicitum
dicere, Absolutionem valere datam absenti,
dummodo Confessio fuerit facta praesenti,
quod nequidem ipse Suarius audeat admittere.

Confirmatur; quia propositio copulativa
requirit, ut utraque pars sit vera, ut in hac
Christus cepit predicare, & mortuus est anno
decimo quinto Tiberii Caesaris.

Planè, inquis; hoc requirit, & ideo merito
haec propositio damnaretur, quia licet verum
sit Christum cepisse predicare anno praefato,
tamen cum constet tribus annis praedicasse,
apertè falsum est, eodem anno fuisse mortuum.
Ergo si damnaretur, utraque propositio seorsim
esset damnata, quomodo id sequitur? Nam
prior est de fide.

Si inferas; ergo utraque seorsim est proba-
bilis, sive neutra seorsim est damnata; negatur
tursum Consequentia; quia posterior est apertè
contraria Sacrae Scripturae.

Rationem à priori assignat Arriaga disp. 36.
n. 48. quia inter haec extrema, scilicet: Copu-
lativa tantum propositio damnatur, & Utrumque
etiam divisivè damnatur, est medium, scilicet,
unam tantum determinatam ex illis esse dam-
natam.

Unde putat hic Auctor, Declarationem
Suarii non fuisse reprobatae à Pontifice, nisi
hoc sensu; utputa, propositionem copulati-
vam sic esse damnatam, ut tamen utraque di-
visiva maneret probabilis, id est, ut possit tam
Confessio fieri absenti, si detur Absolutio praesenti;
quam è contrario, possit dari Absolutio
absenti, si facta est Confessio praesenti; qui
utique sensus merito reprobatus fuit, quia re-
verè Absolutionem posse dari absenti; tamen si
Confessio facta foret praesenti, non est amplius
probabile. Ergo non est amplius probabile,
Confessionem validè fieri absenti, si detur Ab-
solutio praesenti; negatur Consequentia.

Sive ergo propositio damnata dicatur una;
quae erat secunda probatio Suarii, sive duplex;
parum refert; non enim sic una est, ut non
etiam sit duplex; una videlicet copulativa, in-
cludens duas categoricas.

Si dixeris; ergo non est ratio, quare magis
una censeri debeat damnata; quam altera; quia
G g g g 3 Pontif-

57.
Responde-
tur ad 1. ra-
tionem sua-
til.

Confirma-
tur respon-
sio.

58.
Rejicitur,
haec respon-
sio.

Arriaga

59.
Quo tenet
declaratio
Suarii fuerit
reprobata.

60.
Obiectio.

IV.
on sem-
graviter
ecclesia-
um, quia
iter dehoi
proxi Ec-
onfessionem
xplicetur
illum mo-
est suffici-
tur enim
clata fuit
, peccalle
talle dolo-
olutionem;
ore hujus-
um fati-
go si pro-
rim cum
em quan-
olutionem
oro prima
licet in
& forma-
ramentis
Ecclesia-
e contro-
cui à mul-
Decretum
nem atti-
siquidem
ante Ab-
tia remis-
onuntari
hocci cau-
Sub-
ad absen-
validè fe-
ergo &c.
atandum
ceramora-
gentia-
Confel-
validam
s; cum
no; sed
nisi vel
Ecclesiae
aria vo-
riperta,
constat,
ramenti
fient
constat

55.
Responde-
tur ad
Clem. VIII.

56.
Responde-
tur ad
Clem. VIII.

60.
Obiectio.

Responsio
Arriagæ.

Pontifex nihil plūs dicit de una, quàm de alia. Respondet Arriaga suprà n. 49. Vi verborum damnationis nihil speciale colligi, ut etiam de eo casu in propositione illa: *Christus cepit predicare &c.* vi illius damnationis nihil speciale de una potiùs, quàm de altera inferri possit; per hoc tamen non excluditur, quòd minùs aliunde habeamus fundamenta, unde id clarè possimus colligere. In præfenti ergo casu nostro dico, Absolutionem posse dari absentì, nunquam fuisse in Ecclesia auditum, nec probabile; ac proinde juxta eum sensum meritò dicimus, non admisisse Pontificem, quòd utraque pars ejus copulativè sit permissa seorsim, non simul; per hoc tamen non debemus negare, unam saltem esse verà. Hucusq; Arriaga.

61.
Rejicitur.

Sed & de ipso dici verissimè potest: *Quandoque bonus dormitat Homerus.* Quid enim aliud clamant omnes libri, quàm ante Decretum Clementis VIII. non infimè notè Theologos asseruisse valorem Absolutionis, datæ absentì? Audiamus ipsam Arriagam disp. 30. sect. 4. *An Absolutio dari possit absentì.* In hac quaestione, inquit, post decisionem Clementis VIII. qui id speciali decreto prohibuit, & doctrinam, asserentem id esse licitum, damnavit, non est cur multum fatigemur. Vide Suarezium disp. 19. sect. 3. ubi multos refert ex Dominicana Familia, & ex aliis, qui ante eam prohibitionem docuerunt id posse fieri. Hæc ille.

Et sanè si nunquam fuisset auditum in Ecclesia, Absolutionem posse dari absentì, quid opus erat Decreto Clementis VIII.? Quin immo illa erat controversia; ut bene Suarez suprà notavit, quæ tractabatur in Ecclesia; & quia multi sine scrupulo conscientia absolvebant in absentia, ideo Clemens VIII. edidit suum Decretum, ut istè errori obviaret. Unde colligi posset, Clementem de sola Confessione in absentia nihil decessisse, sed reliquisse illam in terminis antiquis; adeòque priorem propositionem categoricam addidisse explicationis gratià, & ad declarandum casum, ut in præxi tunc erat.

62.
Responsio
Hiquæ.

Respondet Hiquæus in suo Comment. 4. dist. 17. n. 143. In materia doctrinali, & definitionibus Ecclesie; illa superfluitas non est admittenda; neque particula declarativa ita adduntur, ut imperfectum sensum, & explicitum non faciant. Confirmatur; quia si intentio Pontificis esset tantum damnare Absolutionem datam in absentia, & non Confessionem factam absentì sacramentaliter; solum perstringeret illam exprimendo seorsim; & in recto materiam censure, v. g. *Absolvere absentem, confitentem per literas, aut internuntium*: quia ergo in recto comprehendit utramque propositionem directè, & sub eodem tenore præmisit censure, tamquam membra ejus copulativa diversa, sequitur utramque

propositionem comprehendisse, & non unam solum. Hactenus Hiquæus.

Sed contra; si Pontifex sic illam perstringisset: *Absolvere absentem, confitentem per literas, aut internuntium*, jam nullatenus comprehendisset casum, quo aliquis vocaliter fuisset Confessus Sacerdoti præfenti, à quo absente absolveretur; qui tamen debet comprehendì, & jam comprehenditur; ut suprà ostendimus: unde hic nulla est superfluitas, neque particula illa declarativa ita additur, ut imperfectum sensum faciat, sed proponit casum, de quo querebatur, & qui erroneè practicabatur.

Fateor, potuisset Pontifex absolute decernere & dicere: *Nullò omnino casu valet Absolutio data absentì*, & tunc cessasset omnis quaestio de Confessione facta absentì; sed quòd nunquam Pontifices aliquid decreverint, etiam in materia doctrinali, de quo postea acriter fuit disputatum, & adhuc disputatur; quomodo debeat intelligi, tametsi clarìus potuissent loqui, & sic impedire omnem controversiam, in æternum non credam.

Vultis unum exemplum ex mille? Concilium Trid. sess. 14. c. 3. docet, Sacramentum Penitentia formam in illis ministris verbis positam esse; *Ego te absolvo &c.* eequidem disputatur, an hæc omnia verba sint essentialia; an præter illa: *Ego te absolvo*, alia requirantur ad essentiam, propter ly *Et*. Et putas, quia non potuisset clarìus proponere illam doctrinam? Non est dubium quin potuisset. Quare ergo non fecit? Respond. verbis Salomonis Eccl. 3. v. 11. *Cuncta fecit bonus in tempore suo, & mundum tradidit disputationi eorum; ut non inveniat homo opus, quod operatus est Deus ab initio usque in finem.*

Neque plus ponderis habet aliud argumentum ejusdem Auctoris n. 144. Materia Sacramentalis, & forma requirunt ex communi institutione Sacramenti determinatam præsentiam, cui non derogat ratio particularis hujus aut illius Sacramenti, v. g. Penitentia, sicut in materia judiciali ordinata est; ergo nulla Confessio est sacramentalis, licet aliàs possit esse sacramentalis, si adessent requisita, nisi illa, quæ proximè & immediatè quantum est ex natura actus, est capax Absolutionis; neque è contrà Absolutio est sacramentalis, nisi illa, quæ supponit Confessionem sacramentalem, cui immediatè possit applicari per se Absolutio ab habente jurisdictionem, & servatà approximatione requisita & determinatà.

Sed Absolutio in absentia ex natura sua, & institutione divina non est sacramentalis: ergo neque Confessio in absentia per scriptum, aut internuntium facta, est sacramentalis magis, quàm Confessio facta laico, quæ aliàs est sacramentalis & valida si fuerit Confessio

non est tamen sacramentalis, quia nequit fieri in ordine ad Absolutionem, quam ille nequit dare cum non sit iudex; ideoque Confessio illa est extrajudicialis, non vero judicialis: sed perinde nequit Sacerdos in absentia absolvere, sicut nec laicus praesens; ergo Confessio facta in absentia Sacerdoti est extrajudicialis, & nullo modo judicialis, neque consequenter sacramentalis. Hucusque Hiquæus.

Respondeo unico verbo; si naturam actionis attendimus seclusâ institutione Christi, nescio sanè, quare etiam Absolutio in absentia penitentis non sit judicialis, & per consequens sacramentalis; nam absolutio rei absentis in foro externo est judicialis. Cur ergo similiter Confessio in absentia per scriptum, aut internum, non erit judicialis, & sacramentalis? Etenim accusatio rei absentis in foro externo est judicialis. Quemadmodum autem accusatio, facta non iudici in foro externo ab omnibus dicitur, & revera est extrajudicialis; sic quoque Confessio facta laico, ab omnibus appellatur, & revera ex natura sua est extrajudicialis, & per consequens non sacramentalis.

Verùm enim verò si consideremus institutionem divinam, quae potuit aliam accusationem & Absolutionem requirere in sacramentali iudicio, quàm necessaria, aut sufficiens sit in iudicio humano, attentâ, inquam voluntate divinâ; est ea requisiverit Absolutionem in praesentia, ut jam constat ex communi sensu Doctorum; equidem non bene inferitur, ergo etiam requisiverit accusationem in praesentia. Quemadmodum non bene sequitur, Sacerdos non potest absolvere sacramentaliter per alium; ergo penitens non potest sacramentaliter confiteri per alium: Sacerdos non potest absolvere sacramentaliter scripto aut nutibus; ergo penitens non potest sacramentaliter confitenti scripto aut nutibus.

Quærisâ me, cur Christus potius requisiverit Absolutionem in praesentia quàm Confessionem? Quæro ego à te, cur Christus potius requisiverit Absolutionem verbalem, quàm verbalem Confessionem? Cur potius requisiverit immediatam Absolutionem Sacerdotis, quàm immediatam Confessionem penitentis? Stat pro ratione voluntas, quæ non potest esse nisi summè iusta, utpote per quam, teste D. Damasc. lib. 2. de fide c. 29. res omnes aptè congyuè, gubernantur. Ipsa est, quæ (ut legitur Sap. 8. v. 1.) attingit à fine usque ad finem fortiter & disponit omnia suaviter.

Si à me quærat (inquit S. Augustinus lib. de Correp. & Grat. c. 8.) cur eis Deus perseverantiam non dederit, quibus eam, quæ christianè iuvenit dilectionem dedit, me ignorare respondeo Aug. 10. . . . audio dicentem Apostolum: O homo tu quis es qui respondeas Deo? Et O altitudo divitiarum &c. Quantum itaq; nobis iudicia sua mani-

festare dignatur, gratias agamus; quantum verò abscondere, non adversus eius concilium murmuremus, sed hoc quoque nobis saluberrimum esse credamus.

Interim do rationem aliquam disparitatis, Confessio secundùm nos solum est conditio præviè requisita, & non pars essentialis intrinseca Sacramenti; sicut ergo in aliis Sacramentis (Matrimonio excepto) requiritur ad valorem praesentia subiecti seu suscipientis Sacramentum; non enim abluitur nisi praesens, nec confirmatur, nec ordinatur, nec iungitur nisi praesens, nec consecratur panis, aut vinum nisi praesens, vel administratur Eucharistia nisi praesenti, ita etiam conveniens fuit, ut non absolveretur sacramentaliter nisi praesens; estò absens posset subministrare materiam extrinsecam Sacramenti, id est, ponere conditionem præviàm, sine qua penitens praesens non posset sacramentaliter absolvi.

Dices; si valet argumentum ab aliis Sacramentis, lotio debet esse praesens, dum profertur forma Baptismi; ergo etiam Confessio, dum profertur forma Absolutionis.

Resp. neg. Conf. Ratio discriminis jam est assignata; quia Confessio non est materia intrinsece componens Sacramentum Penitentiae, quemadmodum ablutio est materia intrinsece componens Sacramentum Baptismi; & estò intrinsece componeret, ut alii volunt, certum est apud omnes, non requiri talem praesentiam Confessionis, qualis requiritur ablutio- nis; sed sufficit Confessionem semel factam non fuisse retractatam, aut certè non adeò longo tempore praecessisse; idque exemplo iudicii humani, in quo accusatio longiori tempore potest praecedere sententiam, & nihilominus unum aliquod iudicium cum illa constituit, quàm ablutio possit praecedere formam Baptismi.

Ratio est; quia quod absolvitur per sententiam, aut retinetur, non est ipsa accusatio, sed crimen accusatum; illud autem semper est praesens in notitia iudicis, ortâ ex præcedente accusatione. Quamvis ergo non in omnibus liceat argumentari ab aliis Sacramentis, ad praesens Sacramentum Penitentiae; equidem videtur Christus voluisse, ut nullum ex omnibus (excepto Matrimonio) administraretur nisi praesenti.

Et quamvis potuisset velle, ut etiam Confessio non fieret validè nisi praesenti, sanè id voluisse, nobis non satis constat. Immo potius contrarium ex praxi Ecclesiae, quæ his verbis exprimitur in Rit. Roman. Tit. De Sacram. Penit. Quod si inter consistendum, vel etiam antequàm incipiat confiteri, vox & loquela agrum desiciat, nutibus & signis conetur, quoad eius fieri poterit, peccata penitentis cognoscere; quibus utcumque vel in genere, vel in specie cognitis, vel etiam si consistendi desiderium vel per se, vel per alios ostenderit, absolvendus est.

Nota;

Ratio alia qua disparitatis.

Objecit.

Solvitur.

68.

Confessio nem posse fieri absentem, probatur ex Rit. Roman.

in unam
perstrin-
per litter-
compre-
er fuisset
absente
prehendi-
offendi-
, neque
ut im-
casum,
acticaba-
de decer-
Absolutio
actio de
unquam
in ma-
iter fuit
nomodo
scent lo-
siam, in
Concl.
ramenti
i verbit
dem di-
entia;
uirantur
as, quia
doctri-
Quare
omonis
pore suo,
s non in-
ab inilio
gument-
a Sacra-
mmuni
a præ-
cicularis
tentia;
o nulla
s possit
a, nisi
tum est
tionis;
entia;
s sacra-
ari per
m, &c
eetermi-
sua, &
: ergo
o, aut
magis,
ds ellet
essario;
ngo

Nota, siue per se, siue per alios; ergo non debet illud desiderium ostendere in presentia Confessarii, alioquin frustra adderetur, siue per alios, nam ostendere desiderium in presentia Confessarii, est Confessarium per seipsum cognoscere desiderium; quando à penitente ostenditur. An fortè putas, contractum Matrimonii fieri in presentia Parochi, quando Parochus corporaliter presentis, sed alii intentus, non percipit per seipsum consensum contractuum? Certum est quòd non. Ergo si sufficiat ostendere desiderium per alios, sufficit illud ostendere aliis in absentia Sacerdotis, à quibus Sacerdoti manifestetur, siue in presentia infirmi, jam desituro sensibus, siue in absentia infirmi, cum Rituale generaliter loquatur, nec minimo verbo significet, illam manifestationem per alios debere fieri in presentia infirmi.

69. & alia antiquis Ritibus.

Item ex S. Leone.

Conc. Arab. I.

Carthag. 3.

& Carthag.

70. Respons. ad Rit. Rom.

Rejicitur.

Clarissimè hunc casum expresserunt antiqua Ritualia Romana (ex quibus novum fuit desumptum) dum dicunt: Adstantibus autem infirmo debet credi, si perhibent testimonium, quòd petierit Confessionem, & ostenderit signa Contritionis.

Clarissimè autem S. Leo Epist. 91. ad Theod. ibi: Verùm (ut dixi) etiam talium necessitati ita auxiliandum est, ut nec actio illius Penitentia, nec Communionis gratia denegetur; si eam, etiam amisso vocis officio, per iudicium integri sensus querere comprobetur, quòd si aliqua vi egritudinis ita fuerint aggravati, ut quòd paulò ante posscebant, sub presentia Sacerdotis significare non valeant, testimonia eis fidelium circumstantium prodesse debent, ut simul & Penitentia (sacramentalis) & reconciliationis (publicae) beneficium consequantur.

His consonat Conclium Arausicum I. cap. 11. (aliàs 12.) sequentis tenoris: Subitò obmutescens, prout statutum est, baptizari, aut Penitentiam accipere potest, si voluntatis praevidite testimonium aliorum verbis habet, aut presentis in suo nutu. Simili modo loquitur Carthag. III. cap. 34. Ut egrotantes, inquit, si per se respondere non possunt, cum voluntatis eorum testimonium sui dixerint, baptizentur. Similiter & de penitentibus agendum est.

Accedat Carthag. IV. c. 63. (aliàs 76.) & refertur cap. Is qui 26. q. 6. Is qui Penitentiam in infirmitate petit, si casu, dum ad eum Sacerdos invitatus venit, oppressus infirmitate obmutuerit, vel in phrenesim versus fuerit; dent testimonium, qui eum audierunt, ut accipiat Penitentiam. Et si continuo creditur moriturus, reconcilietur per manus impositionem, & infundatur ori eius Eucharistia.

Sed quid ad hæc Adversarii? Nam nihil hodie tam apertè dici potest; quin obscurari possit ab his, qui somnia sua Apocalypsis arbitrarentur. Itaque ad Rituale Roman. respondent I. errorem irreplisse, & ponendum fuisse: Absolvendus non est.

Subtilis profectò Apocalypsis, quæ non solum destruit & invalidat Confessionem in

absentia, sed etiam in presentia Confessarii, ut nimis manifestum est illis, qui non habent oculos fumo contrariae opinionis excaecatos. Et nescio, quomodo sic aliquis possit habere oculos excaecatos, ut hoc non videret.

Respondent II. illud Rituale non habere auctoritatem, sed solum approbationem Pontificis, sicut alii libri; collectores autem seu revilores, immo & Paulum V. tanquam hominem privatum errasse, ponendo secretum antea à Clemente VIII. prohibitum. Ecce secunda Apocalypsis.

Sed quam vana, jam ostendit ex Bulla praefixa Rituali, quæ sic incipit: Apostolica Sedes per abundantiam divinae gratiae, nullis suffragantiis meritis, prepositi, nostrae sollicitudinis esse intelligimus, super universam domum Dei ita invigilando intendere, ut opportunis iudicis magis rationibus provideatur, quòd sicut admonet Apostolus, omnia in ea honestè & secundum ordinem fiant; præcipue verò quæ pertinent ad Ecclesiam Dei Sacramentorum administrationem, in qua religiose observari Apostolicis Traditionibus & sanctorum PP. Decretis constituta ritus & ceremonias pro nostris officiis debito curam & minime tenemur.

Et infra: His ita constitutis (putà Breviario, & Missali Romano per Pium V. ac Pontificali Rom. per Clementem VIII.) restat, ut non etiam volumine comprehensi, sacri & sancti Ecclesiae Catholicae ritus, qui in Sacramentorum administratione, aliisque Ecclesiasticis functionibus servari debent ab iis, qui curam animarum gerunt Apostolicae Sedis auctoritate prodirent; ad cuius voluminis praescriptum, in tanta Ritualium multitudine, sua illi ministeria, tanquam ad publicam & obsequiant normam peragerent; non, ac sicuti dicitur in iustis pede ambularent cum consensu.

Ecce comparat Paulus V. suum Rituale, Breviario, Missali, & Pontificali Romano. Ac paucis interjectis: In quo (Rituale) cum receptos & approbatos Catholicae Ecclesiae ritus suo ordine digestos conspexerimus, illud sub nomine Ritualis Romani merito edendum; publico Ecclesiae Dei bono indicavimus.

Tandem sic concludit: Quapropter hortamur in Domino Venerabiles Fratres Patriarchas, Archiepiscopos, Episcopos, & dilectos filios eorum Vicarios, nec non Abbates, Parochos universos ubique locorum existentes, & alios, ad quos spectat, ut impellerent, tanquam Ecclesiae Romanae filii, eiusdem Ecclesiae omnium Matris & Magistrae auctoritate constituto Rituali, in sacris functionibus utantur; & in re tanti momenti, quæ Catholicae Ecclesiae, & ab ea prædicti usus antiquitatis statuit, inviolate observent. Quid vobis videtur de hac approbatione? Nonne similis approbationibus aliorum librorum? Totius Caelorum polis inter se differunt.

Et verò quomodo inoffenso pede ambulabimus, ministeria nostra peragentes ad praescriptum huius voluminis, si continet errorem antea damnatum à Clemente VIII? Sicut ergo a

pro temerario habetur, qui rejicit ritum, quo Sacerdotes, quando ordinantur, cum Episcopo consecrantur; quia ritus ille approbatus est in Pontificali Romano; quidni etiam temerarius sit, qui rejicit Absolutionem infirmi, qui dedit signa Contritionis in absentia Confessarii? Ita eum appellat Joannes Poncius in suo cursu Theol. disp. 46. n. 96.

Quod probè intelligens Congregatio Eminent. Card. S. Inquisitionis Generalis, cum Aliqui apud eam dixissent, Rituale debere corrigi, eò quòd adverteretur Decreto Clementis VIII. die 2. Decemb. Anno 1621. coram Pontifice decretum fuit, observari Rituale, & nihil illud adverteri Decreto Clementis propter aliam, & aliam rationem. Et cum paulò post in eadem Congregatione interrogatum esset, quid in illo casu esset agendum, respondit orator, servandum esse Rituale. Ita refert Lugo disp. 17. n. 52. penes quem sit fides. Quis adhuc audeat dubitare de auctoritate Ritualis?

Ad auctoritatem Leonis respondetur à Quibusdam; Pontificem eò loco agere de infirmo, qui antea confessus fuerat. Sed hæc responsio manifestè rejicitur ex verbis præcedentibus, quæ hic subjicior: *Oportet unumquemque Christianum conscientia sua habere iudicium, ne converti ad Deum de die in diem differat, ne cum satisfactionis sui tempus in fine vite sue constituit, quæ periculo hæc se conditione fragilitatis & ignorantia humana concludat, ad paucorum horarum se reservet incertam; & cum post plenioris satisfactionis indulgentiam promereri, illius temporis angustias eligat, quo vix inveniat spatium vel Confessio penitentis, vel reconciliatio peccatoris. Verum (ut dixi) etiam rationem necessitati auxiliandum est &c. ut supra. Ergo loquitur Leo de illis, qui Confessionem differant de die in diem, usque ad ultimum vitæ, & non de his, qui antea confessi fuerant.*

Et sanè si priùs confessi fuerant, quorsùm requirebatur testimonium adstantium de quæsitâ actione penitentia? An fortè, quia agit Pontifex de penitentibus publicis? Sic enim Aliqui ipsum interpretantur, uti & Decreta Consiliorum superius allegata.

Verùm si penitentes publici, neque ipsi erat necessarium testimonium fidelium circumstantium de postulata actione Penitentia; cum ipsa Penitentia publica sit tale testimonium; & talis postulatio; nam Penitentia publica vel conseqebatur Penitentiam privatam seu sacramentalem; aut certè finis ejus, erat reconciliatio cum Deo, & Ecclesia. Hoc ipso ergo quòd aliquis erat penitens publicus, facti exterioris significabat suam voluntatem consequendi beneficium Penitentia, & reconciliationis, ut proinde non foret opus, alio indicio integri sensus quærete actionem Penitentia, & Communionis gratiam, quod tamen indicium requirit ibi Pontifex.

Apposuit Doctor Angelicus Opusc. 65. §. de

Sacramento Unct. in fine: Si, inquit, infirmus, qui petit Unctionem, amiserit notitiam, vel loquelam, antequam Sacerdos veniet ad eum; nihilominus ungetur eum Sacerdos; quia in tali casu debet etiam baptizari, & à peccatis absolvi; extra de Baptismo & eius effectu. Majoris.

Verùm in hoc capite nulla fit mentio Absolutionis à peccatis; & idè forè Nonnulli intelligunt D. Thomam de Absolutione deprecatoria: *Miseretur &c.* Sed hic intellectus repugnat proprietati verborum, & idè non admittendus; ubi proprietates commodè potest servari, sicuti hic potest.

Quæ cum ita sint, dico, talem infirmum non tantùm posse, sed etiam debere absolvi, & graviter peccare, qui non absolveret, eisdè probabile foret; quòd Absolutio non valeret; cum enim longè probabilius sit valere, extrema necessitas proximi obligat unumquemque sub gravi peccato (cum periclitetur aterna salus, quæ est res omnium maxima) ut, quantum commodè fieri possit, illi subveniatur, etiam medio incerto, quando certius haberi nequit; præsertim cum hoc medium præscribant citatæ auctoritates. Et quoniam nullam faciunt mentionem alicujus conditionis, Plures negant, eam adhibendam; nisi esset speciale dubium de interna dispositione penitentis.

Sed nunquid requiruntur testes fideles, testes immediati, testes, inquam, plures, & non sufficeret unus fide dignus, mediatus, & infidelis? Respondeo; cum illud testimonium non ordinetur ad conferendum Sacramentum testificantis, sed solum ad manifestandam voluntatem infirmi; parùm refert, an sit homo fidelis, an infidelis; dummodo sit fide dignus, sicut infidelis potest esse in hoc casu; cum sui nihil referat, an penitens absolvatur, immo mallet quòd non absolveretur.

Deinde in hoc casu non fit præjudicium tertio, & idè sufficit unus testis. Quamvis enim Rituale, & alia Decreta videantur requirere testimonia plurium, equidem intelligi possunt & debent in sensu distributivo, non copulativo; eo modo, quo Tridentinum potest & debet intelligi, quando sess. 23. de Reformat. c. 15. *Decernit, nullum, etiam Regularem, posse Confessiones secularium, etiam Sacerdotum, audire, nec ad id idoneum reputari, nisi aut Parochiale beneficium, aut ab Episcopis per examen, si illis videbitur esse necessarium, aut alias idoneus iudicetur.* Potest, inquam, & debet intelligi *ly Ab Episcopis*, in sensu distributivo, non copulativo, cum certum sit sufficere approbationem unius Episcopi, pro una diecesi.

Dices; cap. Licet. 23. de Testibus, sic scribit Alexander III. *Licet quadam sint cause, quæ plures, quam duos exigant testes, nulla est tamen causa, quæ unius testimonio (quamvis legitimo) terminetur.*

H h h h Resp.

76. In casu proposito infirmus debet absolvi sub gravi peccato.

77. An sufficeret unus testis, mediatus & infidelis?

78. Obiectio ex cap. 23. de Testi.

Responſio. Resp. cum Gloſſa ibidem verb. *Vnius: Hoc verum eſt in alterius præiudicium.* Jam autem, ut diximus, Abſolutio non eſt in alterius præiudicium, ſed in ſolum bonum pœnitentis. Porro irreverentia Sacramenti, ſi fortè invalidè adminiſtratur, abſtergitur per extremam neceſſitatem, ut in multis aliis caſibus, de quibus ſibi egimus.

79. Hinc etiam non requiritur teſtimonium immediatum, id eſt, ab iis, qui immediatè audiverunt, vel viderunt ſignum Pœnitentiæ, ſed ſufficit mediatum. Quidni ſufficeret, ut aliquis poſſet abſolvi in extrema neceſſitate, cum ſufficiat, ut quis cenſeatur baptizatus? Præſertim cum neque Rituale, neque alia Decreta, immediatorum teſtium meminerint. Confirmatur; quia valet Confefſio, facta per duplicem interpretem, uti & Matrimonium.

Neque quòd detur in præſentia infirmi. Perinde autem eſt, prout ſuperiùs inſinuavi, ſive illud teſtimonium detur in præſentia infirmi, ſive in eius abſentia; quoniam Rituale non aliud requirit quàm teſtimonium per alios. Nec obſtant verba Leonis; *Teſtimonia eis fidelium circumſtantium*; quia loquitur de eo, quod ordinariè contingit: ſolent enim circumſtantes dare illud teſtimonium. Et verò quia communiter circumſtantes ſunt fideles, ideo dixit: *Fidelium circumſtantium*; quamquam, ut mox probavimus, ſufficerent teſtimonia infidelium.

Quid ergo ad Decretum Clementis? Numquid aliud Leo, & Paulus nuntiant, aliud Clemens clamat? An pœnitentem in abſentia conſeſſum, ſimul poſſumus abſolvere, & non abſolvere?

80. Reſpondent Nonnulli, in hoc caſu non fieri Confefſionem abſenti; quia illa voluntas conſtitendi ante deſtitutionem ſenſuum indicata, moraliter perſeverat in, ſeu cum ipſa deſtitutione ſenſuum; adeoque Sacerdos jam præſens infirmo, cenſetur eum abſolvere, non præciſè propter ſignum datum in eius abſentia; ſed propter voluntatem conſtitendi, quam præſens cognoviſit ex eo, quòd ſciverit voluntatem illam fuiſſe, & jam hominem inveniat in illo ſtatu, in quo illa voluntas moraliter perſeverat, id eſt, in tali ſtatu, in quo non poteſt, tamenſi velit, novo ſigno præteritam voluntatem ratificare.

Unde exiſtiant hi Auctores, novum ſignum eſſe de neceſſitate Sacramenti in homine ſano, cui hoc poſſibile eſt, ſi velit. Per quod utique novum ſignum Confefſio, quæ antè erat facta abſenti per litteras, vel internuncium, jam ſit præſenti, vel vocaliter, ſi ſignum eſt vocale, v. g. *Accuſo me de his, que cognoviſti per litteras, vel per internuncium*, vel certè realiter, ſi ſignum eſt reale, v. g. tuſſio pectoris, lachrymæ &c. adeo ut ſi per litteras, vel internuncium omnia peccata in ſpecie, &

ſigillatim fuiſſent explicata, directè ab illis abſolveretur, abſque obligatione iteratò illa conſtitendi.

Alii dicunt, ægrotum tunc conſiteri in præſentia, quaſi per interpretem, ſcilicet circumſtantes, qui teſtimonium dant poſſint. Abſolutionis; qui autem conſtitetur per interpretem Confefſario præſenti, ſecundùm omnes ſacramentaliter conſtitetur, & validè abſolvitur. Nec refert, quòd infirmus tunc non habeat præſentiam aliquam moralem & humanam, eò quòd ſit ſenſibus deſtitutus; quia illa præſentia non videtur requiri. Patet; quia poteſt infirmus abſolvi poſt Confefſionem factam integris ſenſibus, eſtò quando abſolvitur ſit ſenſibus deſtitutus, & tamen non minùs requiritur præſentia ad Abſolutionem, quàm ad Confefſionem. Sufficit igitur præſentia phyſica.

Contra hanc reſponſionem arguit Eminentiſſ. n. 67. Primò; quia ex ea ſequitur, neceſſarium omnino eſſe ad valorem Abſolutionis, quòd teſtimonium detur in præſentia infirmi; Conſequentem autem eſt falſum, & contra mentem Ritualis, & antiquorum Decretorum.

Secundò; quia ad hoc, ut Confefſio, quæ fit per interpretem, dicatur propriè & in ritum fieri in præſentia Confefſarii, debet Confefſarius eſſe præſens, quando pœnitent loquitur interpreti, & manifeſtat ei ſua peccata; patet, quia Confefſio eſt manifeſtatio, quâ pœnitens Confefſario manifeſtat ſua peccata; hæc autem manifeſtatio conſtat ex locutione pœnitentis ad interpretem, & interpretis ad Confefſarium; ac proinde in noſtro caſu Confefſio non fieret in præſentia Confefſarii niſi inadæquatè.

Confirmat exemplo Matrimonii, cui ut conſens valeat, debet eſſe præſens Parochus, quando conjuges expriment ſuum conſentum interpreti.

Reſpondeo ad ultimum; ut valeat Matrimonium initum per Procuratorem, non requiritur præſentia Parochi, & teſtimium in conſtitutione instrumenti, ſive quando datur mandatum contrahendi; ſed in ipſo contractu, ſive dum Procurator exprimit conſentum Principalis ſeu mandantis, ut habet recepta Multorum opinio. Cur ergo non ſimiliter ſufficiat ad valorem Matrimonii, quòd Parochus ſit præſens, quando interpres exprimit conſentum conjugum? Nam in illa expreſſione ſolum perficitur contractus, in tantum ut ſi ante expreſſionem interiùs revocaveſſent ſuum conſentum, Matrimonium non valeret. Sed de hac controverſia in proprio tractatu.

Interim do rationem diſparitatis inter Confefſionem, & Matrimonium; præſentia Parochi requiritur, ut Eccleſiæ poſſit conſtare de Matrimonio contracto; ac verò præſentia Confefſarii, ut cognita cauſa, id eſt, peccata pœnitentis.

penitentis, & internâ ejus dispositione, quantum commodè fieri potest, penitentem sibi præsentem coram Deo absolvat. Præsentia Parochi est necessaria ad evitanda gravia peccata, quæ (utor verbis Tridentini sess. 24. de Reform. Matr. c. 1.) ex clandestinis Matrimonii ortum habent; præsertim vero eorum, qui in statu damnationis permanent, dum, priore uxore, cum qua clam contraxerant, relicta, cum alia patiam contrahunt, & cum ea in perpetuo adulterio vivunt. At verò præsentia Confessarii est necessaria, tum ut meliùs cognoscat statum penitentis, tum ne omnino tollatur verecundia, quæ, ut ait Scotus 4. dist. 17. n. 32. est pœna magna in Confessione.

Potro hæc verecundia non est major, aut minor ex eo præcisè, quòd Confessarius sit præsens vel non præsens, quando penitens loquitur interpreti, dummodo penitens præsens sit, quando interpretis manifestat peccata Confessario; & æqualiter potest Confessarius cognoscere statum penitentis; præsertim si penitens sit præsens humano modo. At verò ut Ecclesiæ possit constare de Matrimonio contracto, & per consequens, ut evitentur gravia peccata, quæ ex Matrimonio clandestino ortum habent; indubiè plurimum conducit, quòd Parochus videat conjuges exprimentes suum consensum interpreti, ne forte postea negent, se interpreti fuisse locutos.

Quin immo tamen si Parochus vidisset eos loquentes interpreti, adhuc putant Aliqui Matrimonium non valere, quia dicere possent, interpretem fuisse mentitum, & ipsi interpreti, contrarium asserenti, utpote qui non sit testis in propria causa, non deberet credi. Unde Parochus tali casu non potest testari, nisi de alieno auditu, quod non videtur sufficere, maxime in teste qualificato, qualis est Parochus.

In hanc sententiam propendet Basilius Pontius lib. 3. de Matr. c. 21. n. 10. quamvis contrarium doceat Sanchez lib. 3. de Matr. disp. 39. n. 3. Primò; quia ceteri contractus sic possunt celebrari. Secundò; quia sic potest administrari Sacramentum Penitentiae. Ad fundamentum autem Pontii respondet, credendum esse testimonio solius interpretis, quia non est testis, sed declarator electus communi contrahentium consensu. Et sicut in Matrimonio admittuntur testes infames; & alii, qui in aliis causis non admitterentur; ita etiam admitti debet testis mediatas, qui in aliis causis fortè non admitteretur.

Sed quid Pontius ad fundamenta Sanchii? Respondet, ad exercendum officium judicis sufficere, quòd iudex cognoscat causam per se, vel per alium. Similiter ad faciendum contractum, quòd partes cognoscant mutuum consensum per se, vel per alium; repugnat tamen, ut quis sit testis fidem faciens de his, quæ novit per interpretem, cum debeat de-

ponere de his, quæ novit per proprium sensum, & quibus præsens fuit.

Quidquid sit de his duabus sententiis, quæ sit alteri præferenda, de quo proprio loco, saltem ex jam dictis patet, non duci efficac argumentum à Matrimonio per interpretem, ad Confessionem per interpretem. Et aliunde certum est, tali casu Confessionem inadæquatè fieri in præsentia Confessarii. Unde autem constat, Clementem damnasse hujusmodi Confessionem, & non potius illam, quæ adæquatè fieret in absentia Confessarii? Possimum cum accusatio fiat, ut fatetur Lugo supra n. 70. quando interpretis loquitur, tunc enim Confessarius percipit delicta; Confessio autem quid aliud est, quàm accusatio?

Dices; communi judicio testes illi non existimant se, aut ab aliis existimantur interpretes moribundi, quoad præsentem Confessionem, sed solam testes voluntatis præteritæ, ut etiam colligitur ex Leone Papa, & Arauficano. Unde ante Decretum Clementis censebatur in tali casu à Doctoribus communiter Confessio fieri absentis. Ipsæque Clemens declaravit Card. Bellarmino, nec non Petro Lombardo Archiepiscopo Armachano, se non intendisse suo Decreto hunc casum comprehendere; quæ declaratio fuisse utique impertinens, si Pontifex putasset Confessionem talem non fieri absentis. Ita Herincx part. 4. tract. 4. disp. 3. n. 73.

Respondetur; communi judicio testes illi existimantur testes voluntatis præteritæ, ut colligitur ex Leone Papa, & Arauficano; ergo non sunt quasi interpretes moribundi quoad præsentem Confessionem, negatur Confessio; immo quia testes, ideo quasi interpretes; nam testimonium illud est quasi accusatio penitentis, talis, qualis pro tunc haberi potest; testimonium, inquam, illud, non secundum se spectatum; sed quatenus conjunctum voluntati moraliter perseveranti in præsentia Confessarii.

Atque ut verum esset, quod dicit Herincx, nempe, ante Decretum Clementis censebatur in tali casu à Doctoribus communiter Confessio fieri absentis; liquet profecto, quòd, emergente novâ aliqua difficultate, sæpè læpiùs DD. aliter incipiant sentire, & loqui, quàm antea sentiebant, & loquebantur. Igitur Confessionem, quam ante Decretum, quando nulla erat controversia de ejus valore, censebant, & vocabant Confessionem absentis factam, ut distinguitur contra Confessionem, quæ communiter immediatè fit ab ipso penitente Confessario præsentis, postmodum occasione Decreti Clementis Nonnulli inceperunt existimare & vocare Confessionem præsentis factam per interpretem.

Nec ideo impertinens fuit declaratio Pontificis, immo maxime pertinens; quia eorum non

85. Non ducitur efficac argumentum à Matrimonio per interpretem, ad Confessionem per interpretem.

Lugo.

86. Objectio ex Herincx.

Respondet.

82. Quamvis non sit testis in propria causa, non debet credi.

non satis ex verbis Decreti constaret, de qua Confessione absenti facta Pontifex loqueretur, planè conveniens erat, ad tollendum omne dubium, ut declararet mentem suam, id est, quam Confessionem ipse existimaverit fieri absenti, & non præsenti, quando dedit suum Decretum. Declaravit autem Pontifex, Confessionem in casu nostro non comprehendi suo Decreto; utique quia censebat eam non fieri absenti, sed præsenti.

87. Tertia responsio ad Decretum Clem. ex Lugone. Si dixeris; equidem propter primum argumentum Lugonis non placet hæc responsio: per me licet, & sub jectio tertiæ responsionem, quam excogitavit Lugo supra n. 72. dicens, Decretum Clementis loqui de Confessione stricta, id est, de accusatione, quæ in actu secundo aliquis se judicialiter accusat, ut quando reus in judicio interrogatus, confitetur jurisdictionem suam crimen coram Judice, & Notario. At verò Leo Papa, & Concilia supra adducta, in magis universali significatione, quæ extenditur ad ea, quæ præcedunt, ut cum reus dicit: *Ego volo confiteri meum delictum, de quo sum accusatus*; vel quando ad hunc finem vocat Judicem, & Notarium, ut audiat ejus Confessionem, quo facto dici judicialis, quia videlicet ordinatur ad judicem, & est pars judicii, & materia illius.

Probatur responsio. Probat autem Cardinalis suam responsionem; quia cum Decretum Clementis odiosum sit, debet in sensu magis stricto intelligi, & ratio, inquit, id suadet, ideo enim Confessio sacramentalis requirit præsentiam Confessarii, quia per illam satisfacit penitens obligationi, quam ex Christi præcepto habet, si stendi se coram legitimo judice, & confitendi sua delicta: hæc autem obligatio non est nisi ad Confessionem strictam & explicitam, quæ juxta leges etiam est actus personalis, qui debet fieri coram judice, comparando personaliter in judicio: Hucusque Cardinalis.

88. Impugnatur ab Herincx. Sed hæc responsio non subsistit (inquit Herincx supra n. 75.) nam posset penitens circumstantibus explicare sua peccata in speciali, per eisdem explicanda Sacerdoti adventuro, nec tamen ideo minus, immo potius poterit absolvi. Quod verò auctoritates asserunt sufficere, quòd infirmus ostenderit confitendi desiderium, intelligitur dictum ampliativè, quasi dicerent; etiam illud tantum ostenderit, est absolvendus. Estque ipsum tunc Confessio seu accusatio propriè dicta, sed tacita seu implicita. Dicitur autem desiderium seu petitio Confessionis; tum quia hoc modo solet vocari ab ipsis infirmis absente Confessario, tum quia est desiderium confitendi peccata in

specie, cujusmodi Confessio per se est necessaria. Hæc ille.

Sed nunquid Lugo negat, infirmum, qui in speciali explicasset sua peccata circumstantibus, per eisdem explicanda Sacerdoti adventuro, non posse absolvi? Aut negat, illud desiderium seu votum Confessionis esse propriè dictam accusationem? Neutiquam. Quid ergo? Negat Cardinalis, illud desiderium confitendi seu votum Confessionis, esse strictè dictam accusationem, id est, talem accusationem, per quam penitens possit satisfacere obligationi, quam ex Christi præcepto habet si stendi se coram legitimo judice, & confitendi sua delicta, & per consequens videtur affirmare, infirmum, qui in speciali explicasset sua peccata circumstantibus, per eisdem explicanda Sacerdoti adventuro, quamvis posset absolvi ratione, quæ infirmus, qui solum explicasset desiderium confitendi; equidem non satisfacit præcepto divino Confessionis, sed, si supervixerit, iteratò debere explicare omnia sua peccata in specie ac sigillatim Sacerdoti præsentem. Quod an verum sit, quaestio est realis; quaestio autem de nomine magis, quàm de re; in talis Confessio debeat dici facta præsenti, vel absenti.

Hoc certum habemus, Clementem VIII. noluisse suo Decreto aut invalidare, aut prohibere Absolutionem infirmis, si per se, vel per alios ostenderit desiderium confitendi; procul ipsemet declaravit Archiepiscopo Armachano, qui in epistola quadam, & responsio, dato ad Coninck 6. Junii Anno 1624. in fine sic scribit: *Sed quoad posteriorem quaestionem, cum non tantum suæ certissimum, Clementem Pontificem non intendisse damnare seu prohibere, quòd quisquam per litteras seu intervencium Confessario absenti declararet se velle ei confiteri, id est, cum accessisset, ut confiteatur; sed etiam mihi semper fuerit persuasissimum, quòd incidente casu, qui in quaestione illa exprimitur, Confessarius possit ac debeat sacramentum absolvere, iuxta antiquos Canones, & ubinatum veteri Doctrinam S. Leonis Pape in sua citata Decretali, in qua, quòd agat de sacramentali Absolutione, etiam intellexit S. Thomas 3. p. q. 84. a. 3. ad 2. Hoc ipsum privatim communicavi Clementi Pontifici, illi, postquam in officio S. Inquisitionis imprecata esset interpretatio sui Decreti, à Theologo quodam facta, tanquam non esset in eo damnata ac prohibita utraque divisim pars proposita quaestioni; ac respondit mihi sua sanctitas, non fuisse sibi propositum damnare seu prohibere, quòd Absolutio sacramentalis impendatur incidente casu, expresso in posterius illa quaestione. Sic testor Anno 1624. 6. Junii, nisi aliter hinc feci ante annos aliquot.*

PETRUS LOMBARDUS Archiepiscopus Armachanus, Præm. Regni Hibernia.

Quam.

Quamvis autem in eadem Epistola dicatur, Clementem VIII. meritò damnasse ac prohibuisse suo Decreto, licere per litteras seu inter-

Enimverò sententia, quæ affirmat, valere Confessionem factam absenti, dummodo Absolutio detur in presentia, post Decretum Clementis VIII. defensa fuit Lovanii Anno 1607. 22. Augusti Præsidi Eximio Domino M. N. Joanne Clario S. Theologiæ Doctore, ut refert Præpositus q. 4. n. 73. Qui ibidem n. 78. asserit ex Decreto Clementis nihil concludi pro invaliditate Sacramenti; quia summus Pontifex solum determinat, non licere ita confiteri, atque ita solum damnat & prohibet praxim, nihil verò decernit de invaliditate Absolutionis, quod ipsemet declaravit Cardinali Bellarmino; & Cardin. significavit Lessio 19. Aprilis Anno 1608. addens se idem sentire; scilicet, in prædicto Decreto non agi de validitate, vel invaliditate Absolutionis; quia solum dicitur non licere.

Hæc omnia à prædicto P. Lessio partim ad me scripta Lovanium, cum ibi agerem; partim sunt annotata occasione Conclusionum, quibus Anno 1607. ibidem præfederalam, contra quas, tamquam contrarias Decreto Pontificio, quidam insurrexerat, & Theses in Urhem miserat; unde prædictum Patrem, quæsi disputationi interfuerat, per litteras rogavi, ut inquireret, num Theses quidquam contra Decretum Pontificium continerent, qui in Urbe diserte intellexit, Pontificem non voluisse quidquam in alterutram partem decernere quoad Absolutionis validitatem. Hucusque Præpositus.

Cui si objicias: si talis Confessio sit illicita; ergo erit invalida, quia non potest quis instituire validam Confessionem, si in eadem mortaliter peccat. Respondet neg. Conf. si consequens intelligatur, quantum est ex natura & institutione hujus Sacramenti, cum fieri possit, ut aliquis, ignorans prædictum modum esse illicitum, ita confiteatur, & quidem integrè, qui de cetero sit dispositus; & proinde validè absolvetur, siue Sacerdos absolvens, in eo peccet, siue ratione ignorantia, vel inadvertentiæ inculpata excusetur. Hæc ille.

Quidni ergo ita constens, & quidem integrè, per talem Confessionem satisfecerit præcepto divino? Noli dubitare, si non dubites de illa Pontificis declaratione.

Si rursum inferas: ergo ex illo Decreto non probatur invaliditas Absolutionis datæ in absentia. Transeat totum. Ex quo ergo? Respondet Præpositus q. 6. n. 16. ex forma: Ego

te absolvo; nam particula, Te, ex sensu, & usu omnium, atque ad eò ex proprietate verbi, designat personam præsentem; ad quam sermo & vox humana dirigitur; ergo ad veritatem formæ, atque ad eò ad ejus valorem requiritur, ut persona, quæ absolvitur, sit præsens; quemadmodum forma Consecrationis Eucharistiæ ad sui valorem requirit materiam consecrabilem præsentem, quia proprietates demonstrativas, id exigat.

Nec obstat, quòd forma proferri possit more Græcorum; Absolvatur servus Christi, quia cum talis forma debeat æqui valere formæ consecrati, debet saltem confusè dirigi ad præsentem.

Non obstat etiam; quòd scribentes ad aliquem absentem, interdum utamur particulâ, Te, Te salutant tui, Me tibi commendo &c. quia id fit, quòd fictione quadam censeamur cum præsentem agere. Ceterum humanâ voce non utimur particulâ, Te, nisi persona, cui loquimur, sit verè præsens. Constat autem ex dictis, formam hujus Sacramenti humanâ voce proferendam, & nos per eam sermonem dirigere ad poenitentem, eique loqui. Hactenus Præpositus.

Sed si verum est, quòd ibidem docet n. 15. videlicet, comprehendi Decreto Pontificis etiam articulum mortis, negari potest Consequentia, quam supra gratis admisimus; non quòd Pontifex ibi aliquid explicitè decernat de invaliditate Absolutionis; sed quia prohibendo illam sub pena excommunicationis latæ sententiæ, etiam pro articulo mortis, nimis manifestè significat, eam esse, aut saltem à se judicari invalidam, ut argumentatus factè 3. concl. 5. Vide ibi dicta.

Interim invenio Theses, defensas Antwerpæ in Collegio Societatis Jesu Anno 1651. 11. Aug. Præsidi R. P. Michæle van Trielt, in quibus Thesis 6. de Poenit. in fine sic lego: Confessionis usus, quo absenti Absolutio impendatur, cum Decreto Clementis VIII. damnatur, ut scandalosus & temerarius, non videtur comprehendere casum, quo in extrema necessitate id fieret sub conditione.

Alias habeo Theses, defensas Lovanii in Collegio Societatis Jesu 24. Novemb. Anno 1655. Præsidi R. P. Jacobo van Calloen, quarum Thesis 10. in medio loquitur sub hac forma verborum: Invalidè absens absolvitur. Non videtur tamen hereticam, dicere, Absolutionem absenti impensam, levissimè videri probabilem. Qui sic locuti sunt de Absolutione absenti impensa, quid putas dixissent de Confessione absenti facta?

Dices; si ideo Absolutio absenti impensa sit invalida, quia est prohibita etiam in articulo mortis; erit similiter invalida Confessio absenti facta, quoniam eodem Decreto prohibita etiam in articulo mortis.

Hhhh 3 Resp.

94. Alia solutio

95. Instantia

ft necessi-
um, qui
unilanti-
eti adven-
illud de-
fle propriè
quid ergo
confitendi
dictam ac-
mè, per
obligationi,
sistendi se
di sua de-
mare, in-
ua peccata
nda Sacer-
olvi eà ra-
licafset de-
fatisfecit
, si super-
ie sua pec-
i præfenti,
3; quaffio
re; an ta-
fenti, vel
em VIII.
aut pro-
e, vel per
di; prout
machano,
dato ad
se scri-
o, cum non
ipsum non
uspian per
sententiæ
1, an ei con-
uissimum,
expressum,
iter absol-
tam in
Decretis
bolutione,
3. ad 2.
i Pontificis,
im probata
go quodam
a ac prohib-
nis; ac re-
propofitum
ramentalitè
steriori illa
3, nisi ad-
s Archi-
mas Regni
Quam-

Solvitur.

Resp. vel illa Confessio facta est absenti, ex intentione obtinendi Absolutionem ab absente, vel ex intentione obtinendi Absolutionem à presente. Si primum; sicut prohibetur in extremis talis Absolutio, ita etiam talis Confessio; & per consequens tam Absolutio, quam Confessio est invalida, quia Confessio valida debet fieri per ordinem ad Sacramentum validum. Sin autem secundum elegeris; sicut Absolutio in praesentia tali casu non est prohibita in articulo mortis, quando alia Confessio est impossibilis, ita nec Confessio in absentia. Et veluti Absolutio in tali casu est illicita extra necessitatem, ita quoque Confessio. An autem foret valida, si daretur; non video, quid efficaciter obster.

Manet ergo vera prima pars Conclusionis: *Confessio absenti facta, non semper est invalida*; quia non in extrema necessitate, quando Confessio in praesentia Sacerdotis non est possibilis, si tali casu debeat dici Confessio fieri absenti, ut communius loquuntur Theologi, & non potius fieri praesenti, ut Nonnulli volunt. Conclusio itaque loquitur cum Multis. Nihil autem vetat sentire cum paucis; etiam extra necessitatem, quando posset fieri Confessio praesenti, adhuc valere Confessionem factam absenti; ex intentione obtinendi Absolutionem à presente.

96.

Ceterum quae hic ab Aliquibus pertractantur, de Absolutione moribundi, qui nulla dedit signa, saltem videntibus vel audientibus circumstantibus, differo in commodiorem locum. Haec impraesentiarum sufficiant de Confessione secreta & vocali. Pauca subijcio de Confessione pura & fideli, acturus de Confessione integra, quae quaestionem habet molestissimam, Sectione seq. Igitur pro Confessione pura, id est, quae fit ex pura intentione placandi Deum, obediendi Ecclesiae, fugiendi animae periculum &c. ponitur

Quae sit pura Confessio.

CONCLUSIO V.

Confessio, quae principaliter fieret propter vanam gloriam, aut alium finem venialiter malum, non esset invalida.

97. Finis mortalis invalidat Absolutionem.

Dico, *Venialiter malum*; quia intentio finis mortalis, v. g. fornicationis, est peccatum mortale, ut patet; ergo necessario impedit Contritionem, quae est dolor de peccato commisso, cum proposito non peccandi de cetero, sine qua tamen Contritione Absolutio est invalida, prout suppono ex alibi dictis.

Confiteri propter finem venia-

lis impedit Contritionem, & per consequens

invalidat Absolutionem, quoniam & illa intentio peccatum mortale est. Respondeo de hoc quaeritur, & quamvis Nonnulli id affirmant; communis tamen sententia inter Recentiores Theologos istud peccatum mortale non agnoscat; & per consequens agnoscat validam Absolutionem. Licet enim aliqua sit inordinatio, & aliquis abusus rei sacrae, velle illam facere propter vanam gloriam, aut alium finem venialiter malum, cum principaliter sit destinata & dicata cultui divino; equidem non satis probatur, quod sit inordinatio & abusus gravis; & aliunde fieri potest, ut omnia necessaria ad Sacramentum adhibeantur; ergo nihil obstat, quod minus talis Confessio sit valida, & exinde valida Absolutio.

Contrarium asserit Sylvester V. *Confessio* 1. n. 7. ibi. Qui principaliter confitetur propter inanem gloriam, vel ne notetur in populo, aut alium malum finem, peccat mortaliter petendo Absolutionem; propter injuriam, quam facit Sacramento, pervertendo finem ejus, & illud annullando; non enim valet talis Confessio, nec est sacramentalis; quia de essentia ejus est, quod fiat spe veniae.

Resp. inanis gloria non excludit spem veniae, nisi aliunde probetur invaliditas hujusmodi Confessionis; sed eadem Confessio fieri potest principaliter propter inanem gloriam, & secundario autem spe veniae; & quamvis per-versio illa finis sit peccaminosa, tamquam injuriosa Sacramento, cujus finis principalis debet esse spes veniae; attamen quod sit injuria notabilis, unde constat?

Hercule non omnem abulum rei sacrae esse mortalem, nimis stylver est, quam ut indicet aliquam probationem. Quae enim res magis sacra, quam Sacramentum Eucharistiae? Tamen certum est, non omnem abulum Eucharistiae esse mortalem; & communis sententia docet, non esse peccatum mortale sumere Eucharistiam ob finem venialem, de quo egimus disp. 4. sect. 10. conc. 9. quanto minus est peccatum mortale, ob finem venialem confiteri, quod est Sacramentum longe imperfectius?

Dices; confentio non esse peccatum mortale, nihilominus impedit veram Attritionem, quia actus supernaturalis, qualis debet esse vera Attritio, non potest imperari ab actu malo, qualis est intentio vanae gloriae. Patet; quia actus supernaturalis debet esse bonus & honestus; Attritio autem, quae imperatur, est mala, saltem extrinsece & denominative, ab illa intentione vanae gloriae.

Respondet Arriaga disp. 38. n. 48. eo callo, quia ad illum est plane impertinens; sed ab alio actu disparato, quo homo non vult Deum graviter offendere; qui actus non habetur ullo modo ex intento vanae gloriae, sed per accidens.

accidens conjungitur cum ea vana gloria; ergo hæc non vitiat illum actum Attritionis. Hucusque Arriaga. Sed numquid rem acu tetigit?

Hæc responso, inquit Lugo disp. 15. n. 227. & 228. impugnatur facile; quia licet Attritio non conducatur immediatè & directè, conducitur tamen mediatè ad eum finem vanæ gloriæ; scilicet, ut medium requisitum ad hoc, ut Confessio exterior sit eligibilis hic & nunc: si enim Confessio exterior esset sacrilega, ego non eligerem eam, nec vellem cum tanto incommodo consequi bonam existimationem apud Confessarium; ergo illud quod conducit ut Confessio exterior non sit sacrilega, conducit etiam ut Confessio eligatur à me in ordine ad illum finem; & per consequens conducit mediatè ad eum finem humanum, & eligitur ex eadem intentione.

Sicut qui vult ire Neapolim ad homicidium patrandum, & conducit equum, vel navim; hæc ipsa conductio oritur ex intentione homicidii; & est mala ab ejus malitia; quia licet ad homicidium solum conducatur ire Neapolim, quod etiam sine equo fieri posset, & conductio equi solum ordinatur immediatè ad vitandum incommoditatem itineris: ille tamen fortasse non veller homicidium cum tanto incommodo, nec iret nisi posset navigare, vel equitare; quare conductio equi, vel navis, quæ facit illud medium eligibile, eligitur etiam ex eodem fine, quantum sufficit, ut ipsa conductio sit mala denominativè.

Item qui ex fine vanæ gloriæ celebrat Sacramentum, non solum ordinat in eum finem prolationem verborum, sed etiam intentionem consecrandi; nam licet ad illum finem sufficeret prolatio exterior; quia tamen ipse nollet cum tanto sacrilegii scelere comparare vanam gloriam, necessaria est etiam intentio consecrandi, ut hoc medium sit eligibile hic & nunc ad eum finem. Similiter ergo in casu nostro, ipse actus Attritionis, sine quo Confessio exterior non eligeretur, ordinatur in eum finem vanæ existimationis humanæ. Hactenus Eminentiissimus.

Idemque prius docuerat Felix tract. de Bonit. & Malit. c. 5. diff. 5. n. 6. & quidem satis plausibiliter, si posset sufficienter probari, hanc ordinationem extrinsecam & mediatam sufficere, ut illi actus sint denominativè mali: æquidem qui hoc negaret, nescio quâ ratione convinceretur errare.

Ut cumque ergo sit de illa denominatione; dico, eam non destruerè, aut impedire actum supernaturalem; sed eundem actum posse esse bonum; honestum, supernaturalem, meritorem ex objecto; & tamen malum, & demeritorium ex circumstantia finis extrinseci, id est, eundem actum posse esse intrinsecè bonum, & extrinsecè malum.

Dices; bonum constat ex integra causa, malum autem ex singulis defectibus; ergo talis actus non est simpliciter bonus; ergo Deus non potest specialiter ad eum concurrere, sicut debet concurrere ad actum supernaturalem.

Respondet Felix suprâ nu. 7. neg. primam Consequentiam; potius, inquit, talis actus appellandus est bonus simpliciter; cum sit bonus ex objecto, quod dat primam, & substantialem speciem, & malus secundum quid; scilicet, ex fine; nam aliud est esse omnino bonum, & aliud est esse simpliciter bonum; nam æthiops est simpliciter niger, & tamen non est omnino niger; nam est albus secundum dentes. Hæc ille.

Unde ad Antecedens responderi; illud commune dictum intelligendum de actu undique bono, ad quem requiritur integritas omnium; si tamen, inquit, solum sit bonus ex objecto, sufficit quod ex objecto sit integer, & non habeat defectum, & objectum sit rationi consonum. Jam autem in casu nostro, supposita intentione vanæ gloriæ, bonum est exterius confiteri, cum vera & supernaturali Attritione, requisita ad valorem Sacramenti; ne alioquin peccetur mortaliter per sacrilegam Confessionem. Cur ergo Deus, supposita illâ malâ intentione, non posset specialiter concurrere ad actum Attritionis, qui ex objecto suo est integer, & nullum habet defectum, & cujusque objectum est maximè rationi consonum?

Quia, inquit, Deo displicet talis actus. Esto (quod non) nonne Deo displicet homo peccator? Et tamen concurrat propriè ad ejus conservationem. Nonne Deo displicet anima infecta peccato, originali? Et tamen concurrat propriè ad productionem novæ animæ. Et ratio est; quia id quod tunc de novo producit, est verè bonum; quod verò habet illam denominationem extrinsecam mali, non est à Deo, sed à mala volitione, quæ præcessit, & cujus Deus non fuit causa; nec per productionem novi illius subjecti denominationis; additur de novo quidquam, quod habeat propriam rationem malitiæ.

Sed contra; Deus non potest annuere malo hominis intento. Respondeo; ipsum non annuere, produciendo talem actum; quoniam non attendit ad hoc, quod sit imperatus à malo actu, sed ad hoc, quod tametli voluntas antea malè sit operata, jam tamen ex sua libertate, vult se determinare ad actum supernaturalem, ex quo capite digna est, ut à Deo juvetur; estque ille actus amabilior ob suam honestatem intrinsecam, quam odibilis ob suam malitiam extrinsecam.

Si istes; concursus supernaturalis non est debitus. Respondeo neg. Assumptum; quia, supposita elevatione hominis ad statum supernaturalem, Deus hic & nunc solum se gerit, ut

Objectio.
Solvitur ex Felice.

102.
Quomodo intelligendum com mune dictum: Bonum ex integra causa, & eodem.

Evansio præ clauditur.

103.
Objectio solvitur.

Instantia solvitur.

& illa in...
eodem hoc...
affinitate...
centiores...
non agno...
idam Ab...
ordinatio...
lam facere...
finem ve...
destinata...
non satis...
busus gra...
la necessa...
ergo nihil...
valida, &
Confessio...
ur propter...
populo...
raliter pe...
iam, quam...
em ejus, &
talis Con...
de clientia
t spem ve...
itas hujus...
fessio fiet...
gloriam...
amvis per...
cipaliter de...
si injuria
i sacræ esse...
m ut indi...
res magis...
tæ? Ta...
sententia...
mere Eu...
quo egimus...
minis erit...
alem con...
ge imper...
m mortale...
nem, qui...
esse vera...
tu malo...
tet; quia...
& hone...
est mala...
ab illa in...
8. eo casu...
eo fine...
s; sed ab...
non vult...
non habe...
e, sed per...
accidens

ut causa universalis. Veluti, postquam voluit, ut legitimus Sacerdos, adhibens omnia ex institutione Christi requisita, poneret Corpus, & Sanguinem Christi sub speciebus panis, & vini, ipse Deus supernaturaliter concurrat ad illam positionem, etsi fiat à Sacerdote malo fine; quippe ipsa positio in se bona est, & malè illi intentioni Deus specialiter non cooperatur.

104.
Evasio pre-
cluditur.

Dices; disparitas est, quòd illa positio sit actio solius Dei, quæ non potest infici, nec denominari mala ab intentione mala Sacerdotis; at verò Attritio in nostro casu est actus ipsius penitentis, relatus ab eo in finem malum, & per consequens absolutè malus; ut proinde ad illum non possit requiri gratia, qualis requiritur ad actum supernaturalem.

Resp. est sit aliqua disparitas, equidem in hoc conveniunt positio illa, & ista Attritio; quòd intrinsecus & ex objecto suo sint actus boni, quod sufficit, ut Deus specialiter possit ad illos concurrere & conferre gratiam specialem necessariam ad actum supernaturalem.

105.
Alia instan-
tia.

Urges; si ex invidia peto à Deo, ut occidat Joannem, non potest Deus me exaudire, quamvis alioquin illa occisio ex se non sit mala.

Solvitur.

Respondeo; occidere Joannem ratione injustæ petitionis, est formalissimè dare occasionem, ut mala petantur à Deo, & ostendere ipsum Deum eorum auctorem (quod est maxime indignum Deo) esset enim quasi causa totalis & particularis illius actus, utpote qui nullatenus debetur hujusmodi precibus; sicut bene ex generali voluntate Christi, debetur positio Corporis, & Sanguinis Christi Consecrationi Sacerdotis, ex quocumque tandem fine, sive venialiter, sive mortaliter peccaminoso: & sicut debetur concursus in ordine supernaturali, quando voluntas se determinat ad actum supernaturalem.

Alioquin, si postquam inique petii mortem inimici, jam occurrente iustà causà ipsum occidendi, velim novo actu meritorio, v. g. zelo justitiæ occidere, poterit Deus me specialiter ad hoc juvare; non ratione prioris desiderii mali, quamvis fortè ad istud ego attendam, sed posterioris boni & meritorii. Sic ergo in presenti casu, licet Deus non possit specialiter concurrere ad intentionem vanæ gloriæ; quia illa intentio ex objecto suo mala est, neque talis concursus ullatenus debetur voluntati; equidem supposità istà intentione, & voluntate jam se determinante ad Contritionem (quæ nullo modo est causa illius perverse intentionis) ac postulante auxilium speciale, sibi quodammodo debitum, nescio quare Deus debeat, aut possit illud negare, cum tota malitia antecedenter sit posita.

Sicuti, quia non est malum novà malitià, quòd, posita voluntate efficacè occidendi, con-

sequatur homicidium; ideo Deus ad illud per se possit concurrere quia sic non concurreret, ad malitiam antecedenter sit posita.

Sed contra, inquis; ego debeo procurare, ne mea actio ponatur ex fine malo, estò ipse tota malitia antecedenter sit posita; ergo similiter Deus.

Resp. dist. Antec. ego debeo procurare, ne mea actio ponatur ex fine malo extrinseco, tollendo intentionem mali finis extrinseci, concedo; impediendo actum imperatum de se bonum, nego Antecedens. Tota ergo malitia consistit in ponenda intentione mala, & non revocatione illius. Revocatio autem ad quem pertinet? Nonne ad Deum? Manifestum est, quòd ad solam voluntatem, qua intentionem posuit.

Arguis rursum; motivum actus mali est imperfectum; ergo non sufficit ad elicendum actum supernaturalem. Resp. plane non sufficit; quoniam objectum motivum actus supernaturalis est Deus, & quidem solus Deus in Schola nostra, quæ non admittit actus supernaturales nisi Fidei, Spei & Charitatis; quæ autem conventio Dei ad vanam gloriam? Interim vana gloria sufficiens motivum est; ad imperandum actum supernaturalem, quem alioquin sine illo imperio possit voluntas libere elicere, propter motivum sibi proprium, scilicet Deum. Cur enim quod poterat sine illa determinatione seu imperio voluntatis, non possit etiam accedente illa determinatione seu imperio? Nonne ad petitionem amici potest voluntas elicere actum supernaturalem? Et si illa potest determinare voluntatem, cur non etiam intentio vanæ gloriæ, quando actus supernaturalis, si non proximè, saltem remotè ad illam conducit?

Ideo, reponit quispiam; quia imperium voluntatis potest esse efficacè, & tollere libertatem actus imperati, quæ sublatà, consequenter tollitur formalis bonitas actus; & aliunde talis actus esset malus extrinsecè, eo modo quo exterior actus blasphemie est malus, licet illa malitia proveniat ab actu interiori; ergo saltem tunc non possit Deus specialiter ad eum concurrere, sicut non potest specialiter concurrere ad actum externum blasphemie.

Respon. I. magnam esse disparitatem inter actum externum blasphemie, qui ex objecto suo est malus, & actum supernaturalem, v. g. Contritionem, qui ex objecto suo est bonus; ergo non bene sequitur, Deus non potest tali casu specialiter concurrere ad actum externum blasphemie; qui ex objecto suo est malus; ergo etiam non potest specialiter concurrere ad Contritionem, quæ ex objecto suo est bona.

Resp. II. imperium voluntatis etiam potest non tollere libertatem, immo ordinariè non tollit, ut DD. communiter admittunt; ergo

saltem ordinariè intentio vanæ gloriæ non impedit aut destruit supernaturalitatem Contritionis, & per consequens validitatem Confessionis, & Absolutionis; quod sufficit ad veritatem Conclusionis, quæ intelligi debet de ordinario modo operandi.

Resp. III. estò imperium voluntatis semper necessitaret, cum voluntas non necessitetur ad ipsum imperium, adhuc actus imperatus erit liber, si non proximè & immediatè, saltem remotè & mediatè; quæ libertas sufficit, non tantùm ad formalem bonitatem, sed fortè etiam ad bonitatem meritoriam.

Et dato, quòd in aliquo casu voluntas absolute necessitaretur tam proximè, quàm remotè ad Contritionem, putas quia ille actus non erit formaliter honestus? Sanè amor Dei super omnia in Beatis est honestissimus formaliter, tamen, secundùm communem sententiam extra Scholam nostram, non sit formaliter liber, neque proximè, neque remotè; & ideo etiam nec formaliter meritorius.

Si inferas; ergo saltem illa Contritio necessaria non foret sufficiens dispositio ad gratiam iustificantem in Sacramento, quia non disponit, nisi ut meritoria, juxta illud Tridentini sess. 14. c. 4. Fuit autem quovis tempore ad impetrandam veniam peccatorum hic Contritionis metus necessarius; & in homine post Baptismum lapsa ita demùm preparat ad remissionem peccatorum &c. Et infra: Quamvis sine Sacramento Pœnitentiæ per se ad iustificacionem perducere peccatorem nequeat, tamen eum ad Dei gratiam in Sacramento Pœnitentiæ impetrandam disponit.

Resp. quidquid sit de tali Contritione, quæ nec proximè, nec remotè forit libera; puto, salvo meliori, Contritionem, quæ saltem remotè foret libera, sufficienter disponere ad Dei gratiam impetrandam in Sacramento Pœnitentiæ. Moveor; quia etiam respectu talis actus verificatur Scriptura Ecclesiastici 31. v. 10. & 11. Qui potuit transgredi, & non est transgressus, facere mala, & non fecit; ideo stabilita sunt bona illius in Domino. Et de tali actu dici potest, quòd noster sit, & in nostra potestate ac dominio; ita ut à nobis dari possit quasi pretium pro præmio. Cur ergo non habeat meritum distinctum? Et per consequens cur illa Contritio non sufficienter disponat ad Dei gratiam impetrandam in Sacramento Pœnitentiæ?

Dices; quis sic etiam actus externus habebit meritum distinctum, cum & ipse remotè liber sit. Estò. Quid tum? Atqui hoc est absurdum. Nego Subsumptum, & videtur sententia Doctoris Subtilis Quodlib. 18. n. 20. ubi sic ait: De secundo in isto articulo, scilicet de imputabilitate, patet ex distinctione posita in secundo articulo; si scilicet accipiendo solum illud dicatur imputabile, quòd est immediatè in potestate voluntatis, patet, quòd solum velle, vel nolle est imputabile. Si au-

tem imputabile generaliter dicatur illud, quòd est simpliciter in potestate voluntatis, sic actus imperatus proprie est imputabilis: quia est non sit immediatè in potestate voluntatis: est tamen mediante actu volendi, qui actus non solum secundùm se est in potestate voluntatis, sed etiam in principium actus exterioris, quia voluntas potest per intermedium ponere illum exteriorem. Exemplum: servus ex præcepto Domini occidit, illa occisio imputatur Domino; quia in potestate sua erat actus servi, licet mediatè.

Quòd autem sit imputabilitas distincta, probat ibidem Doctor dicens: Idem non est medium, nec ratio mediandi respectu iustitius... quia quamquam terminus sit idem, tamen in diversis fundamentis sunt diversi respectus ad eundem terminum; actus ille & iste sunt diversa fundamenta: igitur licet imputabilis conveniat istis in ordine ad eandem voluntatem, tamen illa erit alia, sicut est alia causalitas, vel aliud subiacere potestati causæ, licet causa sit eadem.

Deinde n. 21. actus, inquit, exterior est voluntarius, sicut actus interior simpliciter; non tamen est aq̄e primò, sed illo presupposito. Et infra: Licet actus exterior separatus ab actu interiori, hoc est, sine illo positus in esse, non sit voluntarius, & hoc, quia effectus remotionis non dicitur voluntarius, nisi ponatur in esse per actum interiorem, qui est effectus propinquior; tamen quando actus exterior coniungitur cum interiori, & ex illo procedit, tunc ille exterior, ut distinctus, habet rationem voluntarii, & distinctam; quia voluntarii mediatè; actus autem interior non sic est voluntarius, sed immediatè.

Hæc Scotus; posteaquam docuisset n. 12. in actu exteriori esse bonitatem distinctam à bonitate actus interni: De tertio principali, primò potest dici, quòd actus exterior, sicut imperatus, habet bonitatem moralem propriam aliquam aliam, quàm actus interior elicitus. Probationes tum ex auctoritate, tum ex ratione, vide ibi.

Si hoc potest dici de actu exteriori, videlicet ipsum habere distinctam bonitatem & distinctam imputabilitatem, seu distinctum meritum, quidni idem dici possit de Contritione interna, imperata ab alio actu voluntatis? Immo cur non possit dici, actum internum imperatum habere subinde majorem bonitatem, & consequenter majus meritum, quàm actum imperantem? Nam actus inferioris virtutis, potest imperare actum superioris virtutis; quin actus malus, actum bonum & supernaturalem, ut hic contendimus; ergo fieri potest, ut actus imperatus sit meritorius; tamen actus imperans sit demeritorius, aut minus meritorius; neque enim per illud imperium, estò necessitaret voluntatem ad actum imperatum, minuitur honestas actus imperati, quam non habet ex eo, quòd sit liber, sed ex convenientia ad regulam juxtaquam debet elici.

Quòd subtiliter advertit Doctor Subtilis sup. n. 10. dicens: Ex hoc patet, quòd non ab eodem formaliter est actus bonus bonitate morali, & impu-

Actus im- peratus vere imputabilis.

I. 12. Imputabilis actus interior, alia est ratio ac- tus.

n. 12. in actu exteriori esse bonitatem distinctam à bonitate actus interni.

I. 13. Actus imperatus potest subinde habere majorem bonitatem, quàm actus imperans.

Scotus.



& imputabilis; sed primum habet ex convenientia ad regulam, iuxta quam debet elici. Secundum ex eo, quod est in libera potestate agentis. Laudabile autem & vituperabile ambo ista important; quia licet formaliter dicantur hoc, quod est imputabile, cum determinatione illius, ad quod est imputabile; tamen materialiter convolant illud, propter quod ipsum est ad hoc imputabile, scilicet bonitatem, vel malitiam, propter quae ad penam, vel primum imputandum est.

114.
Per imperium necessitas non minuitur formalis bonitas Contritionis.

Igitur per imperium necessitas non minuitur formalis bonitas Contritionis, neque ratio voluntarii, ut distinguitur à libero, cum eliciatur immediatè ab ipsa voluntate, ut suppono, perfectè cognoscente singula in quibus est actio; ergo nec minuitur ratio meriti, quae correspondet bonitati operis, & non libertati, quae tantum est conditio aliqua sine qua honestas operis non foret premio digna. Sufficit ergo, quod actus sit simpliciter in potestate voluntatis.

De imputabili, inquit Scotus supra, distingui potest, quod uno modo proprie accipiendo, illud potest dici imputabile, quod est immediatè in potestate libera voluntatis. Alio modo imputabile potest dici, quod quid est simpliciter in potestate voluntatis, licet non immediatè. Et sic actus alterius potentiae, quem voluntas, mediante actu suo volendi, potest imperare, ut eliciatur, vel impedire ne eliciatur, est imputabilis voluntati; quia tota coordinatio usque ad illum actum, etiam includendo istum actum, est in potestate voluntatis. Quid ergo deest isti Contritioni, ut possit aut debeat dici meritoria simpliciter (est non propriissimè) meritoria, inquam, de congruo gratiae justificantis? Profus nihil in hac sententia.

115.
Quid dicendum si Confessio externa & dolor internus, eodem actu, pro eodem instanti, efficiatur imperata.

Ac proinde dico; etiam admisso casu metaphisico (ut eum vocat Arriaga tom. 3. disp. 4. n. 34.) quo tam Confessio externa, quam dolor internus eodem actu, puta intentione vanae gloriae, efficaciter imperaretur, idque pro eodem instanti, adhuc non fieret Confessio invalida; quia adhuc poterit elici actus supernaturalis Attritionis, quidquid in contrarium existimet hic Auctor loco citato ibi: Quod si casus metaphisicus ita ponatur, ut utrumque eodem actu imperetur; respondeo, vel eum actum tunc non duraturum, quando est dolor de peccatis; non enim videtur credibile eo instanti, quo quis serio dolet se offendisse Deum, simul tamen de novo eum venialiter offendere: vel si existat; dico tunc, illud imperium esse solum inefficax, & consequenter non tollere libertatem, & bonitatem actus imperati. Quod si efficaciter ponatur in eodem instanti; tunc fiet Confessio invalida; quia tunc non elicietur actus supernaturalis nequidem Attritionis. Haec ille.

116.
Rejicitur sententia Arriaga.

Sed displicet in primis, quod ait, non videri credibile eo instanti, quo quis serio dolet se offendisse Deum, simul tamen de novo eum venialiter offendere. Cur enim hoc incredibili-

le? Nonne certa doctrina est, Contritionem, quae est prima pars quasi materiae Sacramenti Penitentiae non excludere nisi propositum peccandi de cetero mortaliter? Cur ergo erit incredibile, eo instanti, quo quis serio dolet se offendisse Deum mortaliter, simul de novo Deum offendere venialiter? Optandum foret, numquam id fieri.

Secundò ait: Vel si existat, dico tunc, illud imperium solum esse inefficax, & consequenter non tollere libertatem, & bonitatem actus imperati. Sed unde constat haec inefficacia, magis quam efficacia? Et dato, quod esset efficax, num ideo tolleretur bonitas actus imperati? Ipse Arriaga docet contrarium eodem modo disp. 18. n. 3. Judico, inquit, probabilius, etiam tunc temporis actum illum (supernaturalem) posse imperari (efficaciter) ab alio, etiam mortaliter malo, si aliunde actus non habeat inter se oppositionem ullam (sicuti habent peccatum mortale, & Contritio, de qua hic tractamus) Rationem delamo, inventendo oppositum fundamentum; nam tunc temporis (quando scilicet actus supernaturalis efficaciter imperatur ab actu mortaliter malo) actus ille retinet totam eam honestatem, quam antea habebat. Nam aliud est actum esse mortuorum, aliud in se esse honestum. Haec ille. Cur ergo non eliceretur actus supernaturalis Attritionis, quando utrumque, id est, Confessio externa, & internus dolor, imperaretur ab eodem actu, puta intentione vanae gloriae, efficaciter eodem instanti? Non video quid obstat.

Obstat, inquis; quod actio externa virtutis, v. g. Eleemosyna exterior, licet in se bona, equidem redditur simpliciter mala à fine extrinseco malo; ergo similiter illa Attritio.

Resp. I. Actus externus, secundum bonitatem distinctam à bonitate actus interni: scilicet unus actus internus, imperatus ab alio actu interno.

Resp. II. Eriam eleemosynam exteriorem retinere suam bonitatem objectivam & mortalem, si quam habet distinctam à bonitate morali actus interioris, cum denominatione externa à fine extrinseco malo. Probat; quia dans eleemosynam, nullo modo peccat contra misericordiam; sed potius operatur juxta illam; ergo tale objectum bonum non destruitur per inanem gloriam: ergo semper ex illo habebit bonitatem. Rursus potest iste operari propter honestatem misericordiae, & simul extrinsecè propter vanam gloriam; ergo talis operatio simul erit bona & mala ex diversis principijs: denique talis actus erit impletivus praecipij; ergo ex hac parte conformatur cum regula rationis: ergo ex hac parte est bonus, etiam si ex alio principio sit malus.

Si idem actus non esset meritorius gloriae ex alio objecto,

objecto, & meritorius poenae temporalis ex circumstantia, miserima esset, inquit Felix de Bonit. & Malit. c. 5. diff. 5. n. 8. humana conditio, cujus merita adeo facile perirent, praecipue in viris non spiritalibus, qui plura efficiunt ob bona temporalia.

Objicis illud Christi apud Matth. 6. v. 1. Attendite ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus, ut videamini ab eis, alioquin mercedem non habebitis apud Patrem vestrum, qui in Caelis est. Et illud Greg. Hom. 12. in Euang. Ne appetitis laudis subrepat, & quod foris ostenditur, intus a mercede evacuetur.

Respondet Felix cum Abulensi q. 8. in Matth. Christum loqui de hypocrisis mortali. Et similiter intelligit Gregorius. Nec immerito, cum illic subjungat Gregorius: Ecce enim Redemptoris voce decem virgines, & omnes dicuntur virgines, & tamen intra Beatitudinis ianuam non omnes receptae sunt. Cur hoc? Quia, inquit, earum quadam, dum de virginitate sua gloriam foris expectant, in vasis suis oleum habere miserunt. Ergo loquitur de illa gloria, quae claudit Beatitudinis ianuam, consequenter de gloria, quae est peccatum mortale.

Neque dixeris, etiam peccatum veniale claudit Beatitudinis ianuam, licet solum pro aliquo tempore; quia Gregorius eadem Homil. comparat virgines fatuas reprobis, ibi: In qua (scilicet Ecclesia) quia mali cum bonis, & reprobi cum electis admixti sunt recte similis virgibus prudentibus, & fatuis esse perhibetur.

Arguis rursum; actus redditur simpliciter malus ex malo effectu, licet extrinseco, v. g. si quis videat ex actu suae orationis sequi mortem propriam, vel alienam, quam alioquin potest, & debet impedire, & ex affectu ad illam mortem imperat actum orationis, etiam internum; talis actus erit simpliciter malus, nec Deus poterit ad eum specialiter concurrere; ergo similiter in nostro casu.

Resp. neg. Conf. Ratio disparitatis; quia causare malum, absolute est malum, unde non tantum prohibetur ipsum malum, sed etiam causa mali; ex eo autem, quod aliquid causatur ab actu malo, non sequitur malum in re causata; immo supposito actu malo, optandus est bonus effectus, ut ita malicia causa compensetur; unde humiliari de peccato, bonum; humiliari autem ad peccandum, malum.

Nonne fornicatio mala est? Et tamen ea supposita, licet orare pro natiuitate filii, quia haec nullatenus ab ea inficitur. Nonne Deo displicet peccatum? Eo tamen posito, optat humilitationem, etiam eam, quae essentialiter supponit peccatum, v. g. poenitentiam. Dilegentibus Deum, inquit Apost. Rom. 8. v. 28. omnia cooperantur in bonum, iis, qui secundum propositum vocati sunt sancti. Usque adeo prorsus omnia (utor verbis D. Augustini lib. de Coitrepta

& Grat. cap. 9.) ut etiam, si qui eorum deviant & exorbitant, etiam hoc ipsum eis faciat proficere in bonum, quia humiliores redeunt atque doctiores.

Planè, inquis, humiliores redeunt, atque doctiores; sed nonquid haec humilitatio, aut doctrina eligitur, tamquam medium ad malum finem? At verò Contritio in casu Conclusionis eligitur, tanquam medium ad malum finem: repugnat autem, ut quis ex affectu alicujus finis, eligat medium, nisi apprehendat, illud esse causativum finis; ergo illa Contritio est intrinsece mala; quia causa rei male.

Resp. aliqua esse objecta, quorum intentio licet sit mala, consecutio tamen non est mala; & ideo cooperatio ad illa, haud equidem illa intendendo, non est mala. Patet in obedientia subditi, procedente ex mala voluntate Praelati; praecipientis propter malum finem; quae per consequens refertur extrinsece in malum finem, à Praelato intentum; & tamen est simpliciter bona, quia subditi non cooperantur formaliter, intendendo scilicet illum finem, sed solum materialiter.

Atque sic res se habet impraesentiarum; per illam Contritionem non intendit voluntas illum finem malum; sed per alium actum distinctum; & licet ponat aliquid utile ad finem consequendum, consecutio tamen non est mala; sed sola intentio, quae iam tota posita est, & ad quam actus Contritionis non cooperatur formaliter, sed materialiter solum; id est, Contritio est materia remota (quia proxima est Confessio externa) causans bonam exultationem apud Confessarium, quae exultatio nullum omnino est peccatum; sed malitia tota consistit in appetitu inordinato illius exultationis. Quid simile reperitur in casu objectionis? Nam finis malus est, & mala consecutio finis; scilicet mors propria, vel aliena contra praecipuum charitatis, aut iustitiae.

Ceterum quod adhuc objici posset; videlicet, actum malum (qualis est intentio vanae gloriae) utpote ignobiliorum, non posse imperare actum supernaturalem (qualis debet esse Contritio sacramentalis) longè perfectiorem; eadem facilitate negatur, quae asseritur; nam ipsa voluntas est, quae imperat, & ipsa est, quae obedit; actus autem se habent sicut voces, quibus Dominus imperat seruo, neque enim illae qualitates capaces sunt dominii vel obedientiae; potèrò vocibus, quae sunt qualitates naturales, posse imperari actum supernaturalem nemo ambigit.

Et virtutem imperfectiorem posse imperare actum virtutis perfectioris, docet Scotus 4. dist. 14. qu. 2. nu. 10. in principio: Ad illam instantiam de usu virtutis, dico, quod voluntas secundum diversos habitus potest uti se ipsa quasi circulariter hoc modo: ex dilectione Dei in se, quae est

120. Evales

Praelatis tur.

121.

Actus malus potest imperare actum supernaturalem.

122.

Actus malus potest imperare actum supernaturalem.

Actus

actus Charitatis, potest imperare actum voluntatis vindicativum peccati, & è converso ex actu imperativo vindicandi, potest imperare actum dilectionis Dei in se.

122.
Occurritur
objectioni.

Nec obstat; quòd volitio supernaturalis requirat cognitionem supernaturalem; nam licet hoc verum esset, de quo Aliqui dubitant, adhuc negatur hæc Consequentia; ergo actus supernaturalis imperatus, requirit actum supernaturalem imperantem. Disparitas una jam est assignata; quia voluntas est, quæ imperat, & non ipse actus; similiter voluntas est, quæ obedit, & non ipse actus: jam autem ipsa cognitio est, quæ immediatè proponit objectum supernaturaliter amandum; quid ergo mirum, si requiratur propositio supernaturalis? Putas quia amor materialis potest procedere à cognitione spiritali? Et tamen actus supernaturalis bene potest imperare actum naturalem, ut omnes fatentur; ergo non requiritur illa proportio inter actum imperantem, & imperatum, quæ requiritur inter actum cognitionis, & actum volitionis.

123.
Cuiuslibet
principio
cognoscit.
vo. con-
spondet ap-
petitus eli-
citus sui or-
dinis.

Ratio differentie (si fortè prior non sufficiat) quia sicut cuiuslibet naturæ respondet suus innatus appetitus; ita cuiuslibet principio cognoscitivo, appetitus elicitus sui ordinis. Unde principio cognoscitivo spiritali, non potest correspondere appetitus elicitus materialis, nec vice versâ: hoc autem non habet locum in actu imperante, & imperato, ut constat per experientiam, cum voluntas imperet actus potentie materialis.

Ratio ulterior; quia datur viventi principium cognoscitivum, ut quærat bonum sibi conveniens, & fugiat malum sibi disconveniens; ubi ergo est duplex vita, spiritalis, & materialis, etiam duplex principium cognoscitivum, spirituale, & materiale; consequenter ubi tertia vita, scilicet supernaturalis, etiam tertium principium cognoscitivum, putâ supernaturale; ad quid, nisi ut sit proportio inter cognitionem, & volitionem? Enimverò cognitio est quidpiam quasi essentialiter prænecessarium, & planè necessarium ad elicendum actum voluntatis. Quid ergo miramur, si major proportio requiratur inter cognitionem, & volitionem, quàm inter actum imperantem, & imperatum? Quippe imperium istud est planè extrinsecum actui imperato.

124.
Objectio.

Dices; actus appetitus sensitivi, non potest imperare actum intellectus vel voluntatis, idè quia illi actus spectant ad diversas vitas; ergo similiter, cum actus naturalis, & supernaturalis spectent ad diversas vitas, naturalis non poterit imperare supernaturalem, nec è converso.

Solvitur.

Resp. rationem Antecedentis non esse illam, quæ assignatur; sed quia nulla potentia potest imperare actus, quos non habet pro objecto; porro actus spiritalis, sicut non

potest esse objectum sensuum externorum, ita nec appetitus sensitivi. At verò uterque actus tam naturalis, quàm supernaturalis, sicut est objectum intellectus, ita etiam voluntatis per unum actum non possit imperare alium.

Quæ cum ita sint, iudico, nullatenus recedendum à Conclusionè, quæ sicut communior, ita longè probabilior est; & quibus datum foret, omnes Confessiones, ex circumstantia aliqua venialiter peccaminosas, invalidare. Et ideo consequenter existimo, non omnem Confessionem infidelem esse invalidam. Rogas à me, si non omnis, an saltem aliqua sit invalida? Et si aliqua, quæ, & quæ non? Responso erit

CONCLUSIO VI.

Mortaliter peccat, qui confitetur peccatum mortale, quod non fecit. Qui confitetur veniale, quod non fecit, solum peccat venialiter. Excipe casum, quo illud foret tota materia Confessionis.

EX hac Conclusionè liquet manifestè, quæ Confessio infidelis sit invalida, & quæ valida. Confessionem fidelem hic voco, quæ fit absque mendacio; infidelem, quæ fit quædam cum mendacio; & quamvis Aliqui existimant, omne mendacium in Confessione esse mortale, & per consequens omnem Confessionem infidelem per se loquendo esse invalidam; equidem non pauci, graves, prudentes, & spirituales Viri nobiscum sentiant, ut patet ex dictis sect. 4. concl. 7. ad quam remitto Lectorem.

Interim probatur prima pars Conclusionis; quia pervertitur iudicium Confessarii in re gravi, id est, in materia necessaria Absolutionis. Veluti cum poenitens negat peccatum mortale, quod hic & nunc tenetur confiteri, qui secundum omnes Doctores peccat mortaliter. Et alioquin sine multo examine posset quis confiteri species, & numerum peccatorum, quod est contra mentem & praxim omnium fidelium. An autem Sylvester infinet hanc esse materiam levem, ac proinde peccatum veniale, ut scribit Suarez disput. 22. sect. 10. nu. 10. unusquisque facile colliget ex his quæ subijcio.

Sylvester verb. Confessio q. 8. inquit: Accusans se de peccato, quod non fecit, in Confessione, secundum Multos peccat mortaliter; quod verum est, si quis se accuset in speciali de mortali in certo casu: quia se injustè infamat.

Nec obliat cap. Ad eius. dist. 5. dicens: *bona- rum mentium est, ibi etiam culpas suas agnoscere, ubi culpa non est, quia intelligitur de agnitione dubitativa & formidolosa. Non autem esset mortale, se accusare peccatorem magnum in genere; nec, se accusare de veniali non commisso in specie, immo nec de mortali in casu dubio ad consulendum conscientia, dummodo non asseratur certe, sed dubie vel probabiliter, etiam si quis plus iusto aliquantulum se aggravet ad tutamen conscientia; quia illa praeponenda est fame. Hec ille.*

Et verb. *Mendacium* q. 3. lego sequentia verba: *Mortale est in iudicio mentiri de spectantibus ad iudicium, ut si accusatus neget veritatem, aut testis falsum deponat, nisi, debita deliberatione, & sollicitudine adhibita, putaret se certum esse de eo, quod falsum est. Et generaliter, secundum Durandum, omne mendacium, quod in iudicio dicitur, praeter iocofum, de his, quae ad iudicium pertinent, est perniciosum & mortale, quia pervertit veritatem iudicii, quod credit in perniciem universitatis; quod limita, quantum ad ea, de quibus, qui mentitur, tenetur dicere veritatem, non aliter. Haftenus Sylvester, qui proinde merito citatur à Suario supra pro nostra & communi sententia.*

117. *Quidam* nihilominus pro contraria opinione posset quispiam argumentari; quia tale mendacium non est perniciosum; quamvis enim poenitentis decipiat Confessorem, tamen decipit contra se; ideoque non facit illi gravem injuriam, sibi autem non potest inferre injuriam; neque etiam inferri sibi grave nocementum contra Charitatem propriam; quia vel est dominus famae suae, vel illa infamatio in Confessione reputatur levis respectu ejus, qui potest cedere juri suo: & saepe etiam potest esse levis ex materia; quia in aliqua persona peccatum aliquod mortale non est gravis infamia, verbi gratia, si miles diceret, occidi hominem, qui me injuria affecerat. Neque etiam respectu Sacramenti videtur gravis injuria; quia confiteri sic peccatum veniale, non est gravis injuria, ut docet secunda pars Conclusionis.

118. *Respondet* Confessorem; confiteri peccatum mortale fictum, non ideo est peccatum mortale, quia poenitenti fiat injuria sive in fama, sive in impositione gravioris poenitentiae; quam aliàs mereatur; nam scienti & volenti non fit injuria, praesertim illi, qui potest cedere juri suo, sicut hic potest, nisi per accidens infamatio, aut impositio gravioris Poenitentiae, vergeret in grave detrimentum tertii; à quo abstrahit haec difficultas.

Cur ergo est peccatum mortale? Resp. quia pervertitur iudicium Confessarii in materia gravi, id est, in materia necessaria Sacramenti. Vocatur haec perversio injuria respectu Confessarii, vel non vocetur, quaestio est de nomine. Cer-

tum est, Confessarium iudicium hoc exercere non posse incognita causa; si ergo habet jus exercendi hoc iudicium, etiam habet jus cognoscendi causam; ergo facit veram injuriam Confessario, qui pervertit cognitionem causae, proinde sicut peccat mortaliter, qui pervertit cognitionem fori externi in re substantiali, cur non itidem, qui pervertit cognitionem causae fori sacramentalis in re substantiali?

Et quamvis qui confiteretur peccatum veniale fictum, etiam pervertat hanc cognitionem; equidem non in re substantiali seu necessaria, excepto casu; quo illud foret tota materia. Sicut ergo in iudicio humano non esset peccatum mortale mentiri circa aliquam levem circumstantiam facti, ex quo mendacio non sequeretur tertio aliquid grave damnum, ita nec in iudicio sacramentali. Neque enim apparet aliqua ratio; quare omnis perversio iudicii debeat esse mortalis, & non possit dari parvitas materiae: nam etiam datur levis irreverentia seu injuria respectu Sacramenti, ut ex aliis multis casibus patet. Cur ergo non similiter in hoc casu.

Si dixeris: quia semper falsificatur forma; ad hoc respondimus sect. 4. concl. 7. Vide ibi dicta. Admissa gratis falsificatione, quare una non poterit esse in materia levi, alia in materia gravi; per consequens una mortalis, & altera venialis?

Dices; quia juramentum, cui deest veritas in dicendo, semper est mortale in quacumque demum materia. Respondeo; per juramentum assertorium falsum, homo, quantum in se est, destruit & auferit à Deo primam veritatem; quippe significat Deum posse testificari falsum tamquam verum, quod semper est gravissima Dei injuria. At verò falsitas partialis formae, nullam destruit attributum divinum. Quod enim illud esset? Non bonitas, ut evidens est: non etiam veritas; nam licet Sacerdos proferat formam ut Minister & Vicarius Christi, equidem non nomine Christi, sed nomine proprio, ut patet ex particula, *Ego*; quae non significat Christum, sed Sacerdotem. Ipse ergo Sacerdos est, qui falsum loquitur, non Christus, aut Deus; neque enim illa verba: *Ego te absolvo à peccatis tuis*, significant audientibus conceptum; quem Deus habet de remissione peccatorum; sed quem habet Sacerdos. At verò dum quispiam jurat per Deum, inducit Deum tamquam loquentem & affirmantem, rem sic; aut sic se habere; nisi ergo res ista ita se habeat, sicuti per verba significatur, jurans, quantum in se est, facit Deum loqui, seu affirmare falsum.

Tunc ergo levitas materiae facit peccatum esse veniale, quando diminuit formalem deordinationem, inventam in tali materia respectu talis peccati; v. g. levitas materiae diminuit factum, quia diminuit nocementum; jam

III 3 autem

128. Qui confitetur veniale fictum, non pervertit iudicium in re gravi.

129. Objecto solvitur.

Instantia solvitur.

130. Quando levitas materiae facit peccatum esse veniale.

rum, ita que actus, sicut est voluntatis per unum
enus rece-
commu-
is durum
umstantia
lidare. Et
o omnem
lam. Ro-
aliqua sic
qua non?
VI.
fictetur
od non
veniale,
peccat
n, quo
a Con-
manifeste,
valida, &
hic voco
que fit
tinent,
mortale,
onem in-
m; equi-
, & supi-
ex dictis
ectorem.
lusionis;
rii in re
Absolu-
peccatum
confiteri,
cat mor-
tine possit
peccato-
xtim om-
insuet
le pecca-
t. 22. Sae-
olliget ex
nit: Ac-
in Con-
ortaliter;
ociali de
infamat.
Nec

autem leve mendacium repugnat veritati di-
vinæ non minus, quàm gravissimum, quam-
quam minus repugnet veritati judicii sacra-
mentalæ, ac fori externi; & ideo hic facit pec-
catum veniale, secus ibi; nam hic diminuit
formalem deordinationem inventam in tali
materia, scilicet perversionem judicii; neuti-
quam ibi; quippe ablatio seu destructio veri-
tatis divinæ semper est gravissima, quoniam
est destructio essentiæ divinæ; quæ an possit
esse venialis ex parvitate materiæ, nolo hic di-
sputare; quia nemo ambigit, semper esse mor-
talem.

161.
An peccet
mortaliter
qui confite-
tur pecca-
tum morta-
le sicutum,
tamquam
primo con-
fessum?

Dubitant autem Aliqui; an peccet mortali-
ter, qui confitetur peccatum mortale fictum,
tamquam antea confessum. Videtur enim quæ
peccati venialis, eandem esse rationem hujus-
modi peccati mortalis; cum non subjiciatur
Clavibus Ecclesiæ, tamquam materia necessa-
ria, sed tamquam materia libera. Unde quam-
vis Sacerdos, hoc ipso, quod audit aliquod
peccatum mortale, numquam confessum, sup-
ponat ut omnino certum, illud dari, & quidem
per se, pro materia, ac proinde suam intentio-
nem & verba Absolutionis absque ulla hesita-
tione dirigat ad illam materiam; equidem quan-
do audit peccatum mortale antea confessum,
non plus curat de illo, quàm de peccato veni-
ali, neque aliam pro isto, quàm pro hoc im-
ponit Pœnitentiam.

162.
Arguitur
pro senten-
tia negativa
ex Lugone.

Sed contra; per peccatum veniale non de-
cipitur graviter iudex, sicut per peccatum mor-
tale, quod quamvis asseratur, ut dictum jam
in alia Confessione, adhuc tamen videtur sub-
jici huic iudicio, & variat notabiliter iudicium
Confessarii circa conscientiam pœnitentis; non
quidem in ordine ad imponendam gravio-
rem Pœnitentiam (hanc enim prudenter omittit,
eod quod in alia Confessione sit jam imposita
Pœnitentia condigna pro eodem peccato) sed
in ordine ad conceptum, & æstimationem de
conscientia pœnitentis; quod attinet ad cul-
pam præteritam. Ita discurrit Lugo disp. 14.
n. 125. Ac propterea docet, neminem posse
absque culpa gravi accusare se in Confessione
de aliquo mortali falso, etiamsi diceret, se jam
illud iterum confessum fuisse.

Rejicitur à
Dicas.

Et verò licet hæc opinio non displiceat Di-
castillo, attamen probationem ejus rejicit
disp. 8. n. 56. dicens: Si sermo sit de æstimat-
tione & iudicio conscientie pœnitentis tan-
tùm in exiimatione, quam habet Confessa-
rius de tali homine, non ut servit ad Absolu-
tionis sententiam, sed qualem potuisset habere,
si etiam extra Confessionem se infamasset apud
ipsum; nihil prædest ad præsens negotium, &
de hoc genere exiimationis aut infamie jam
diximus supra, esse ordinariè veniale pecca-
tum. Si verò sermo sit de iudicio in ordine ad
exiimationem requisitam ad Absolutionem,
petit principium, & assumit id ipsum, de quo

disputamus. Hæc enim Dicastillo.

Quapropter meliorem quæ sit rationem, quàm
quam etiam putat se invenisse; est autem hæc:
Supponere in Confessione peccatum mortale
falsum, non dicendo illud jam esse dictum le-
gitimè in alia Confessione, est materia gravis;
& in materia gravi falsam reddere Absolutio-
nem, aut decipere in ea Confessarium, peccatum
grave est, sed addere novum mendacium, dicen-
do, quod jam illud legitimè confessus fuerit
priùs, non est materiam gravem convectere in
levem, sed accumulare mendacium alteri
men cio ergo eodem modo manet materia gra-
vis, sive illud addatur, sive non. Ita Dicastillo
suprà n. 58.

Et n. 61. consequenter admittit, confiteri
aliquod peccatum mortale, adhuc semel remi-
ssum per Absolutionem, sine debito dolore, esse
peccatum mortale; quia videlicet semper ma-
net peccatum mortale, adeoq; materia gravis

Sed contra; ergo etiam peccaret mortali-
ter, qui pro peccatis mortalibus gravissimis
adhuc semel confessis, imponeret levissimam
Pœnitentiam. Probatur Conseq. quia peccaret
mortaliter imponendo levissimam Pœnitenti-
am pro peccatis gravissimis, nunquam an-
tea confessis; sed illa peccata per priorem
Confessionem non sunt materia levissima,
sed manent semper materia gravissima; ergo
&c. Sed hoc repugnat communi sensui tan-
pœnitentium, quàm Confessariorum; ergo
non est admittendum. Sicuti ergo illa peccata
gravissima sunt levissima; ut sic loquitur, in
ordine ad imponendam Pœnitentiam; quicquid
similiter fiant materia levis aut levissima in
ordine ad Absolutionem? Nam impositio
Pœnitentiæ subordinatur Absolutioni; si
ergo respectu Absolutionis est materia gravis,
etiam respectu Pœnitentiæ; vel si levis respectu
Pœnitentiæ, cur non etiam levis respectu
Absolutionis?

Debet Sacerdos Domini (inquit Trident.
sess. 14. c. 8.) quantum spiritus & prudentia sig-
gesserit, pro qualitate criminum, & pœnitentiam
facultate, salubres & convenientes satisfactio-
num imponere. Si ergo prudenter Sacerdos pro gra-
vissimis criminibus, semel ritè absolutus, im-
ponit levissima quedam opera, idque quia pec-
cata in se gravissima apprehendit in tali pecca-
torum venialium, sive, quia iudicat condigne
punita in priori Confessione; dico consequen-
ter, etiam apprehendere illa peccata in tali
peccatorum venialium in ordine ad Absolu-
tionem; proinde licet in se sint gravissima
materia, equidem Confessarius non decipitur
in materia gravi, sed solum in materia levis
quia prudenter materiam alioquin in se gra-
vem, hic & nunc apprehendit tanquam le-
vem; id est, tanquam priùs discussam, &
sufficenter judicatam per directam Absolu-
tionem. Ergo quæ peccati venialis facti, eor-
dem

165.
Sententia
positiva.

166.
Objection.

Objection.

dem est ratio mortalis ficti, quando exprimitur tanquam adhuc semel ritè absolutum; quia utrumque apprehenditur inslar materiae levis, id est, materiae non necessariae ex jure divino Confessionis.

Hinc existimo, si Deus peccatum mortale reliquisset materiam liberam Confessionis, sicut reliquit peccatum veniale, ita ut unum mortale posset remitti sine alio per Absolutionem; existimo, inquam, quod non peccaret mortaliter, qui confiteretur peccatum mortale fictum, aut verum absque sufficienti dolore, excepto casu, quo illud foret tota materia Confessionis. Et vice versa, si peccatum veniale esset materia necessaria ex jure divino Confessionis, sicut modo est peccatum mortale, dicerem, esse peccatum mortale decipere Confessarium in uno tantum peccato veniali. Licet enim tali casu verbum otiosum v.g. foret materia levis in ordine ad prohibitionem, equidem gravis in ordine ad Absolutionem; quia ejus Confessio necessaria ad valorem Sacramenti. Et è contrà, tamen si fornicatio v.g. foret materia gravis in ordine ad prohibitionem, equidem levis in ordine ad Absolutionem; quia ejus Confessio minime necessaria ad valorem Sacramenti.

Veluti, tamen Ablutio aquae in Baptismo, in se sit materia levissima, nihilominus est materia gravissima in ordine ad Baptismum; quoniam omnino necessaria ad valorem Sacramenti. Idem cernitur in peccato veniali; quod unicum datur pro materia Confessionis, in quo si Confessarius decipitur, utique decipitur in materia gravi, quamvis ipsam peccatum in se sit leve; quia in ordine ad illam Confessionem est materia gravis, utpote necessaria ad valorem Absolutionis.

Dices; in judicio humano gravitas materiae non commensuratur necessitati materiae, sed res, quae voluntariè subijcitur decisioni iudicis, in se ipsa consideratur, & secundum se ipsam existimatur gravis aut levis: ergo similiter in judicio sacramentali.

Resp. etiam in judicio humano res semel iudicata & decisa, quae tantum pro majori securitate, planè voluntariè absque ulla necessitate iterum subijcitur decidenda, non existimatur gravis, etsi alioquin primà vice, quando nondum erat decisa, gravis existimaretur, sicut nec idem crimen semel iustè punitum, etsi rursus liberè in judicio humano ad majorem satisfactionem exhibeatur puniendum, solet graviori penâ puniri.

Deinde in judicio humano non censetur materia gravis, quae non est de substantia iudicii hic & nunc, id est, quae non consideratà jultum profertur iudicium; estò alioquin in se gravis sit & gravis existimaretur, si eà prætermittè iudicium foret injustum. Ergo in judicio humano gravitas causa, non solum desumitur

ex gravitate rei secundum se considerata, sed etiam ex hoc; quod sit necessaria hic & nunc ad iudicium.

Interim disparitas aliqua est; quod ex institutione Christi omnia peccata mortalia sint materia necessaria iudicii sacramentalis, ita ut velint nolint poenitentes, debeant ea offerre iudicanda; plures autem sunt cause, etiam gravissimae; quae absque iudicio humano possent decidi, quae tamen si voluntariè eidem subijciantur, non propterea perdunt suam gravitatem; idque quia vergunt in detrimentum tertii, ad quod impertinens est, quod necessariò, vel voluntariè subijciantur.

Si autem à me queritur, an ergo votum de confitendis peccatis mortalibus jam ritè confessis; obliget sub mortali? Resp. si votum de confitendis peccatis venialibus non obliget sub mortali, neque obligabit votum de confitendis peccatis mortalibus jam ritè confessis; quod autem non obliget sub mortali votum de confitendis peccatis venialibus, unde constat? Scio Nonnullos solum obligationem sub veniali agnoscere, fundantes se in levitate seu parvitate materiae; sed, meo iudicio, fundamentum istud non est solidum: licet enim peccata ipsa in se parva sint, attamen Confessio istorum peccatorum, quae propriè est materia hujus voti, cur debeat censeri res parva, cum sit verum Sacramentum, & aequalis dignitatis cum Absolutione peccatorum mortalium?

An fortè existimas, minus peccare eum, qui in malo statu absolvit à venialibus, quam eum, qui in malo statu absolvit à mortalibus? Aut mortaliter peccare, qui invalidè absolvit à mortalibus, secus qui à venialibus? Erras toto Caelo. Ergo Confessio venialium est materia capax gravis obligationis, ut probavimus sect. 6. concl. 6. & sect. 4. concl. 7. cur ergo votum de confitendis venialibus non obliget sub mortali?

Num quia Confirmatio Sacramentum liberum est, ideo votum ejus non obligaret sub mortali? Et verò auditio Missae, Jejunium, Lectio Horarum Canonicarum, & similia, quae non sunt signa practica gratiae sanctificantis, nihilominus materia sunt sufficiens, ut sive ex præcepto, sive ex voto obligent sub mortali; cur ergo Confessio venialium, signum efficax gratiae sanctificantis, non erit materia capax gravis obligationis sive ex præcepto, sive ex voto?

Igitur gravitas Confessionis non dependet à sola gravitate peccatorum, sed maxime ab institutione Christi, qui eam elevavit ad esse Sacramenti, quod esse tam propriè invenitur in Confessione venialium, quam mortalium. Proinde diversa sunt, Confessionem esse materiam gravem voti, aut præcepti, & peccata venialia, aut mortalia semel directè absoluta, esse materiam gravem Confessionis.

Utrum-

167. An votum de confitendis mortalibus ritè confessis, obliget sub mortali

168. Votum Sacramenti Confirmationis obligat sub mortali.

A quo dependet gravitas Confessionis.

169.
Non omne
mendacium
in Confes-
sione ad-
missum est
peccatum
mortale.

Utrumque ergo sit de hac controversia, sentio cum Tannero disput. 6. de Penit. q. 7. n. 21. Non omne mendacium de rebus ad Confessionem spectantibus, in Confessione admissum, esse peccatum mortale; sed, per se loquendo, solum, quando est circa materiam necessariam Confessionis, peccatum scilicet mortale nunquam rite confessum, aut talem circumstantiam, quam sub mortali necessariò in Confessione exprimendam esse constat. Ita Tannerus, qui testatur de Communi DD. contra Caietanum 2. 2. q. 69. a. 1. ad 3. qui docuit, inquit Tannerus, omne mendacium in Confessione, circa rem ad Confessionem pertinentem, esse mortale.

Ex his patet à fortiori, quid sentiendum sit de mendacio, circa rem impertinentem ad Confessionem; videlicet, per se loquendo, non esse peccatum mortale sacrilegii. Ita communiter DD. quamvis enim indignum sit peccare venialiter eo tempore, quo homo preparat se ad recipiendam remissionem peccatorum; equidem non ostenditur notabilis irreverentia, sicut non est notabilis irreverentia, accedere ad Sacramentum Eucharistiæ cum affectu peccati venialis.

170.
Aliquod
potest esse
peccatum
mortale sa-
crilegii.

Dico; Per se loquendo, quia aliunde fieri potest, quòd sit peccatum mortale, putà quia graviter perniciosum, quo casu Confessio erit invalida defectu debiti doloris, per consequens peccatum mortale sacrilegii; quemadmodum peccatum mortale sacrilegii est, confiteri peccatum veniale fictum, quando illud foret tota materia Confessionis, quæ est ultima pars Conclusionis, de qua satis prolixè disputavimus sect. 4. concl. 7. & ibi dictis nihil hic habeo addendum.

Progredior itaque, & has propono questiones; utrum scilicet peccato mortali possit quis dissimulare; peccata, quæ nunc confitentur, priùs fuisse directè absoluta, vel non fuisse directè absoluta. Item uni Confessario sola mortalia, alteri autem sola venialia confiteri. Respondeo ad utramque questionem.

CONCLUSIO VII.

Non peccat mortali sacrilegio, qui dissimulat peccata, quæ nunc confitentur, priùs fuisse directè absoluta, vel non fuisse directè absoluta. Item qui primo Confessario sola mortalia; secundo autem sola venialia confitentur.

171.
Probat
ultima pars
Conclis.

Incipio ab ultima parte, quæ minorem, immo vix ullam habet difficultatem; quamvis enim secundus Confessarius decipiatur, putans suum penitentem illa sola peccata ve-

nialia fecisse ab ultima Confessione sibi facta, & ideo bonam concipiat exultationem de ipso, quam non conciperet, si mortalia simul cum venialibus fuisset confessus; equidem penitens non mentitur, sed confitens sine verecundia, & bonæ exultationi, proponit illa peccata, quæ verè fecit; non negans se alia fecisse.

Immo tamen Confessario interroganti responderet, se nulla alia fecisse, quamvis tunc mentiretur (nisi uteretur legitima restrictione, sicut posset uti, cogitando, se nulla alia fecisse, quæ hic & nunc debeat confiteri; de talibus enim, & non de aliis cenletur Confessarius interrogare) adhuc non peccaret graviter contra veritatem Confessionis, quia esset mendacium de re impertinente ad Confessionem, ut patet, & non graviter perniciosum, ut suppono; ergo Confessio valida si reliqua adline; ergo non peccaret mortali sacrilegio. Melius tamen est sincerè totam conscientiam ordinario Confessario aperire.

Dixi notanter: Si primo Confessario &c. confiteatur, liquet proferò Confessionem esse invalidam defectu integritatis, nisi subsistat iusta causa ita dimidiandi Confessionem. Ratio est, quia integritas postulat, ut omnia peccata mortalia specificè, & sigillatim declarentur, quòd tunc non fieret; sit autem, quando sola mortalia peccata declarentur primo Confessario, & sola venialia secundo.

Intellige, per se loquendo; si enim, quia penitens secundo Confessario non exprimit peccata mortalia, propterea permanet in proxima occasione peccandi mortaliter; haud dubio, quin violetur integritas Confessionis; nam velle manere in proxima occasione peccandi mortaliter, est peccare mortaliter; nisi ergo hoc peccatum declaretur, Confessio non erit integra, per consequens invalida, & peccatum mortale sacrilegii. Conclusio ergo intelligenda est de per se, nisi aliquid aliud obstat, quàm deceptio permissiva Confessarii circa bonam ac sanctam vitam confitentis. Ita communiter DD. quos videre poteris apud Dianam p. 3. tr. 4. resol. 132. quos sequitur Lugo disput. 16. a. 57. Arriaga, Dicastillo, & alii Recentiores.

Qui bene advertunt, Confessarios non debere conscientias ordinariorum penitentium coartare, ne ad alios accedant, cum id sit contra libertatem Confessionis, quæ etiam hæc occasione interdum præ verecundia sacrilegè instituitur.

Venio ad primam partem Conclusionis, quæ magis disputabilis est. Et primò notandum, aliud esse dissimulare, aliud simulare; nam, ut communiter docent Theologi, in hac persecutionibus per se licet fugere peccata, immo precibus exteriorem fidei Confessionem declinare.

declinare, ac veram fidem dissimulare; secus
fallam simulare, quando praesentes id sero fieri
apprehendunt.

Si autem a me quaeritur, quid sit dissimulare
veram fidem, & quid sit simulare fallam fi-
dem? Respondeo; dissimulare veram fidem
est aliquid agere, vel omittere, ex quo circum-
stantes non possunt prudenter judicare, an sis
Catholicus, an non.

Atque hoc liceret ex justa causa, quamvis
fortasse aliqui suspicarentur, te esse haereticum;
quia eorum suspicio interna non potest mutare
naturam actionis meae, & facere, ut actio hic
& nunc significet negationem fidei, quam de
se non significat; v. g. est aliqui, videntes
me in concione haeretica, suspicarentur, me
esse haereticum; haud equidem propterea foret
illicitum, interesse isti concioni, dum adesset
rationabilis causa; quia propter internam ali-
quorum suspensionem, eamque temerariam, illa
audito vel praesentia, quae de se non est pro-
fessio fidei haeretica, vel abnegatio fidei Ca-
tholicae, non potest hic & nunc accipere illam
significationem.

At vero simulare fidem fallam, est exterius
significare se habere fidem fallam, quam tamen
interius non habet. Hoc autem semper esse
illicitum, quando circumstantes id sero fieri
apprehendunt; probatur; quia est contra
praecipuum negativum fidei, id est, praeci-
ptum non negandi fidem, quod non tantum
prohibet interne aliam fidem profiteri, vel ex-
ternam negationem conjungere negationi in-
ternae; sed etiam solam negationem externam,
juxta illud Apostoli Rom. 10. v. 10. *Corde
creduus ad iustitiam, ore autem Confessio fit ad sa-
lutem.* Hoc praenotato.

Probatur Conclusio; quia nullibi praecipitur
penitenti explicatio prioris Confessionis, aut
Absolutionis; ergo dum simpliciter confitetur
sua peccata ratendo, quod fuerint, vel non
fuerint prius directe absoluta, non decipit
Confessarium; sed Confessarius a se ipso deci-
pitur, si iudicet peccata, quae nunc declarantur,
prius fuisse, vel non fuisse absoluta; nam Con-
fessio per se hoc non significat, sed abstrahit;
quandoquidem peccata semel absoluta, licet
non sint materia necessaria, equidem liberè
possunt subijci iterum iudicanda.

Non ergo mentitur penitens, ut patet; ne-
que aliquid facit, quo significet, peccata prius
fuisse, vel non fuisse absoluta; sed proponit
ea, sicuti a parte rei sunt integrè secundum
speciem, & numerum, ut suppono; alioquin
si notitia prioris Confessionis foret necessaria,
ad explicandas species, aut numerum peccato-
rum, indubiè graviter peccaret, qui priorem
Confessionem dissimularet; quia fieret Sacra-
mentum invalidum defectu integritatis.

Nihilominus contrariam sententiam tam-
quam certam & omnino practicandam docet

Ludovicus de Torres in Opusc. Theol. centur.
Theol. 4. dub. 7. Fundatur primò; quia fieri
potest, quod peccatum in Religione sit refer-
vatum, quod commissum in saeculo non fuit
reservatum. Secundò; fieri potest, quod peni-
tens nunc sit in occasione proxima peccandi.
Tertiò; potest penitens hodie habere con-
suetudinem peccandi, quam prius non ha-
buit.

Resp. fieri potest, quod peccatum in Reli-
gione non sit reservatum; fieri potest, quod
penitens nunc non sit in occasione proxima
peccandi; fieri potest, quod penitens hodie
non habeat consuetudinem peccandi; ergo sal-
tem tunc non erit opus explicare priorem Con-
fessionem, aut tempus peccati commissi; ad-
que illa argumenta ad summum probant, ali-
quando per accidens esse necessarium exprimere
priorem Confessionem, aut tempus peccati
commissi, quando videlicet, sicut statim dixi,
aliter non potest declarari species, & numerus
peccatorum, de quo casu hic non tractamus.

Quartò argumentatur praefatus Auctor:
Confessarius potest interrogare, utrum ea pec-
cata Confessus fuerit, & tenetur penitens res-
pondere; ergo etiam tenetur a se id dicere.

Resp. quidquid sit de Antecedente; negan-
do Conseq. quia etiam in iudicio humano ad
multa tenetur reus, legitime interrogatus, res-
pondere; quae tamen a se ipso non obligatur
dicere.

Dixi: *Quidquid sit de Antecedente*; quia fortassis
penitens eo casu non tenetur respondere, sed
posset dicere: *Ego hoc feci; utrum Confessus sim
nec ne; non teneor dicere. Si vult mihi imponere Pe-
nitentiam gravem perinde ac si non fuisset confessus;
faciat, acceptabo.* Et Confessarius potest dicere:
*Talem Penitentiam impono, si es confessus; talem
si non es confessus;* tali via evitatur inconveniens;
quod quinto loco objicit Turrianus, scilicet
inaequalitas satisfactiois.

Fatemur quippe, peccatum numquam con-
fessum majorem mereri Penitentiam, quam
semel confessum; & ad aequalitatem forte puni-
tum. Interim sicut idem peccatum semel ab-
solutum, secundò, tertio, aut pluries directe
absolvitur, ita etiam potest secundò, tertio, aut
pluries ad aequalitatem puniri, si penitens con-
sentiat, quemadmodum censetur consentire,
quando priorem Confessionem non explicat;
nam Confessarius, nisi aliunde constet contra-
rium, praesumit primam Confessionem; si ta-
men dubitet, potest interrogare, vel certè, ut
mox diximus, duplicem imponere Peniten-
tiam, & sic evitabit omne periculum inaequa-
litatis.

Denique objicit hic Auctor: magis distat
peccatum deletum per Confessionem, à non
deleto, quam veniale, à mortali; sed haec di-
stantia debet explicari; ergo & ista. Probatur
major; quia illa duo distant, sicut ens, & non
ens;

K k k

docet Lud.
de Torres, &
probat pri-
mò.

Secundò.

Tertiò.

Responde-
tur.

176.
Quartum
argumentum.

Responso.

177.
Quintum
argumentum
ejusdem Au-
toris.

scribitur, ac
tionem de
alia simul
equidem
alens suae
proponit
negans se
interrogant
quavis
mà restri-
se nulla
confiteri;
tur Con-
peccare
nis, quia
ad Con-
ter perni-
tio valida
t mortali
rè totam
perire.
fario &c.
alia con-
m esse in-
libit iusta
Ratio est,
cata mor-
tur, quod
sola mor-
fessario, &
nim, quia
exprimit
et in pro-
habid du-
nfessionis;
ione pec-
iter; nisi
fessio non
, & pec-
ergo in-
aliud ob-
fessarii cir-
entis. Ita
eris apud
sequitur
stillo, &
s non de-
nitentium
ed fit con-
etiam hae
sacrilegè
clationis
dò notan-
simulare;
logi, in la-
na, immo
nfessionem
declinare,

ens; nam peccatum deletum per Confessionem, non est jam peccatum.

Responsio. Resp. si illud argumentum aliquid probaret, probaret utique, peccatum remissum etiam per solam Contritionem charitate perfectam, non esse materiam validam Absolutionis, quod est contra fidem. Patet; quia non nisi peccatum est materia Confessionis. Si ergo peccatum semel remissum, jam non est peccatum, jam etiam non est materia Confessionis.

Igitur non confitemur peccatum nostrum secundum præsentem statum; nam sic magis distat peccatum deletum, à non deleto, quam veniale, à mortali; sed secundum statum præteritum, quem habebat, quando primò fuit commissum. Et sic patet minùs differre peccatum mortale deletum, à se ipso non deleto, quam veniale, à mortali; quia five deletum, five non deletum; semper consideratur ut peccatum mortale, & ut tale proponitur Confessario absolvendum; cum hæc sola differentia, quòd deletum per directam Absolutionem, sit materia libera instar peccati venialis; cum tamen ante directam Absolutionem esset materia necessaria.

Itaque peccatum de se idem est tam ante, quam post Confessionem, adeoque explicare possum speciem, & numerum, immo & circumstantias omnes, quæ necessariò explicari debent, tacito, quòd sim confessus antea, vel non confessus, cum hoc non variet speciem, vel numerum; neque sit circumstantia tenens se ex parte objecti, sed solius subjecti per se loquendo. Quapropter non est audiendus Turtianus, quando communem sententiam damnat ut perniciosam, improbabilem & non tutam in praxi.

Immo, dicit aliquis, haud inconsultum videri posset, si graves peccatores sepiùs eadem peccata confiterentur, tacendo de priori Confessione, ut gravioribus injunctis pœnitentiis, plenius satisfacerent pro pœnis restantibus, si fortè prima pœnitentia non fuisset proportionata, sicuti rarissimè hodie pro gravioribus peccatis talis imponitur pœnitentia, per quam tota pœna temporalis deletur.

Sed contra facit; quòd Confessarius, tamen si sciat priorem Confessionem, facilè imponet graviorem pœnitentiam, si pœnitens id requirat. Et utinam plures tales pœnitentes invenirentur! Multò plures reperies, qui ideo explicent priorem Confessionem, ut minorem satisfactionem injungat Confessarius; & qui ideo dissimulant, peccata nunquam antea fuisse confessa, ne graviorem secundum gravitatem peccatorum accipiant Pœnitentiam.

Verumtamen cum non omnia declarari debeant, quæ possent Confessarium permovere ad imponendam graviorem Pœnitentiam; illam velle declinare, cum proposito satis-

faciendi in altera vita, unde probatur, graviter adversari veritati seu fidelitati Confessionis?

Ex quo infero, non peccare mortaliter, qui dicit, se velle facere Confessionem generalem, tamen si peccatis antiquis, semel directè absolutis, adjungat nova peccata, nunquam antea confessa; nam illa verba; *Volo facere Confessionem generalem*, neque implicite, neque explicite significant, pœnitentem velle confiteri sola peccata antiqua, & aliis per Absolutionem remissa; sed tantum significant, ipsum velle confiteri peccata totius vite, five heri, five hodie commissa, five priùs absoluta, five non. Si plùs intelligit Confessarius, à seipso decipitur, non à pœnitente, qui licet non omnino distinctè & clarè explicet sua peccata, equidem sufficienter declarat, ut suppono, speciem, & numerum peccatorum; & ideo validè absolvitur ab omnibus, quamvis Confessarius ex errore putet, aliqua adhuc esse confessa, quæ reverè nunquam confessa fuerunt. Est quippe error speculativus.

Sicuti si quis infantem ad Baptisum offerret, & diceret esse proprium filium, cum esset alterius filius; nihilominus talis validè baptizaretur, quamvis Sacerdos putaret falso esse filium offerentis; vult enim baptizare eum, quem habet præseptem.

Quid ergo, si aliqua peccata mortalia, antea confessa; spontè omittit? Numquid saltem tunc peccaret mortaliter? Jam enim dixit Confessario se velle omnia peccata confiteri, adeoque ipse decipit Confessarium, & non decipitur Confessarius à seipso, sicuti in priori calu.

Respondeo; equidem non peccare mortaliter contra veritatem Confessionis; licet enim mentiatur, si quando hoc dicebat, non habebat intentionem omnia confitendi; tamen per hoc mendacium non decipit Confessarium in materia necessaria Confessionis, ac proinde non in re gravi pertinente ad suum tribunal; si verò aliunde peccatum illud mendaci five hypocrisis foret mortale, puta, quia graviter perniciosum, ex illa parte posset invalidare Confessionem, defectu debiti doloris, aut integritatis; alioquin de per se veniale tantum est, sicut si quis diceret mendaciter Confessario, se fuisse devotum, abstinentem &c. ut tali via bonum nomen acquirat in nullius præjudicium.

Quin immo fieri potest, ut absque illo peccato in Confessione generali taceantur aliqua peccata; quia, postquam dixit bonè fide, & rectè intentione, se velle omnia explicare, potest occurrere aliqua justa ratio non pravè mutandi propositum; cum enim Confessio illa generalis sit libera, & tota posset omitti, occurrente rationabili causà, cur non etiam

178.
Peccatum de se idem est tam ante, quam post Confessionem.

etiam posset mutilari? Nam deceptio Confessarii tali casu potius permittitur, quam a penitente intenta.

Sed nunquid etiam sine mortali sacrilegio licet simulare seu affirmare peccatum mortale prius confessum, quod revera confessum non fuit, aut negare confessum, quod revera confessum fuit? Hæc res non caret difficultate, quippe decipitur Confessarius non à se ipso, sed directim ab ipso penitente, idque in materia necessaria Confessionis, dum loco materiae necessariae, qualis est peccatum mortale non confessum, exprimitur materia libera, v. g. peccatum mortale confessum; & è converso pro materia libera substituitur materia necessaria; sicuti ergo qui ita exprimeret peccatum veniale, vel Confessarius prudenter judicaret esse mortale, vel vice versa, peccatum mortale ita coloraret, ut rationabiliter Confessarius judicaret solum esse veniale, graviter delinqueret contra fidelitatem seu veritatem Confessionis, quidni similiter graviter peccet, qui pro peccato mortali confessio, substituit non confessum, & pro non confessio, confessum?

Respondet Dicastillo disp. 9. n. 147. Peccatum erit mendacii, quod mendacium, cum non sit de re necessaria ad materiam Confessionis, non est peccatum mortale, ut amplius postea declarabo nu. 157. Nec refert, quod Confessarius possit interrogare, & ille teneatur respondere. Nam Confessarius potest interrogare non solum, quæ sunt præcisè necessaria ad illud iudicium peragendum; sed quæ congruentia sunt, & ad melius esse; sic potest interrogare, an fecerit aliqua, quæ venialia sunt, aut probabiliter non mortalia; ut melius dirigat penitentem; & ille tamen absque mortali potest eadem non fateri, aut negare etiam interrogatus, licet male faciat. Hæc ille.

Quæ n. 157. declarat hoc simili: Qui dicit se hodie fecisse, quod fecit heri, v. g. occidisse Petrum, duo dicit; alterum, quod est materia necessaria Confessionis, scilicet fecisse homicidium, & in hoc dicit verum; alterum, quod materia Confessionis non est, scilicet; id quod fecit, fuisse hodie; & in hoc mentitur quidem, sed cum non sit in materia necessaria Confessionis, non manet obligatio iterum confitendi; quod autem ex eo, quod dicit se fecisse hodie, quod non fecit, censetur negare se fecisse heri, verum est quoad circumstantiam temporis, sed non quoad substantiam actus; potest enim confiteri occisionem necessariò confitendam, licet sit negator temporis, quod ad materiam necessariam non refert. Hucusque Dicastillo.

Sed non satisfacit: nam quero, variatio temporis ex materia necessaria facit non necessariam, vel è contra ex non necessaria necessariam? Clarum est quod non; adeoque non decipitur Confessarius circa materiam necessariam. At vero prior Confessio facit ex mate-

ria necessaria non necessariam, ut apud omnes est in confesso; ergo licet illa circumstantia teneat se potius ex parte subiecti, quàm objecti, equidem reddit objectam materiam non necessariò hie & nunc confitendam, quæ alioquin ex institutione Christi foret necessariò confitenda. Similiter ex hoc, quod penitens interrogatus legitime de peccato aliquo veniali, illud neget se fecisse, etsi alioquin illud fecerit, Confessarius non iudicat peccatum mortale confessum esse materiam necessariam, quod aliàs non est materia necessaria, aut è contra materiam non necessariam, quod aliàs est materia necessaria.

Dices ex præfato Auctore ibidem n. 160. de explicanda circumstantia transferente actum de veniali in mortale, vel è contra, habemus præceptum Christi, declaratum in Ecclesia, accusandi nos semel ritè de omni mortali, quod fecimus, & non accusandi nos de mortali, quod non fecimus, dando falsam materiam Sacramenti; id autem non potest fieri, nisi explicando circumstantias, ratione quarum actus sit, vel non sit culpa mortalis. Non habemus autem præceptum Christi, explicatum ab Ecclesia, confitendi, vel non confitendi peccatum jam semel ritè dictum; nec dicendi, an illud confessi fuerimus, vel non; quia de tali præcepto ex nullo principio aut capite nobis constat; sed tantum est præceptum semel ritè confitendi mortale habenti potestatem; hoc autem fieri potest, etiam si non dicatur, quod jam aliàs fuerit, vel non fuerit quis confessus tale peccatum; solum enim dicendo nudè suum integrè peccatum, satisfacit præcepto confitendi semel. Hæcenus Dicastillo.

Sed hoc argumentum solum probat, non esse necessarium spontè explicare, an peccatum fuerit, vel non fuerit confessum; sicut spontè explicanda est illa circumstantia, quæ transfert peccatum veniale in mortale, & è contra: an autem possit penitens pro libitu suo negare, vel affirmare, quod peccatum aliàs fuerit, vel non fuerit confessus, ex illo argumento minime probatur; neque ad hoc probandum afferatur ab illo Auctore.

Dico ergo; quia tantum est præceptum semel ritè confitendi mortale; idèd nequit penitens absque gravi sacrilegio pro libitu suo negare, vel affirmare, quod peccatum mortale aliàs fuerit, vel non fuerit confessus; quia non potest pro libitu suo, absque gravi sacrilegio, materiam necessariam confiteri tanquam liberam, & liberam instar materiae necessariae; siquidem in re notabili pervertit iudicium sacramentale.

Perinde autem est, sive dicat peccatum commissum hodie, sive heri, sive ante plures annos; cum semper exprimat tanquam materia necessaria. Ut etiam si diceret: *Occidisti Petrum*, estò occidisset Paulum; quidquid

184. Objectio est Dicastillo ne.

185. Solvitur.

186. Perinde est in casu proposito sive peccatum dicatur commissum Aliquid

K k k k 2

hodie, sive
hæc.

Aliqui in contrarium asserant; eò quòd non confiteretur peccatum; quòd fecit; sed aliud; quòd non fecit; nam, inquit, actus hesternus est physicè distinctus ab actù hodierno; & occisio Petri physicè distincta ab occisione Pauli.

Responsio
ad funda-
mentum
oppositæ
sententiæ.

Respondeo; quidquid sit de distinctione physica actûs hodierni, & hesterni, quam negat, & meritò, communis sententiæ, paucis contradicentibus sinè solido fundamento; equidem in genere moris, ut bene docet Arriaga disp. 31. n. 22. sunt planè iidem; alioquin semper teneret dicere non solum quòd sim furatus; sed quâ die, quâ horâ, quo quadrante, quâ parte quadrantis, quia alioquin non dicerem idem numero peccatum, quòd feci; ad hoc autem obligare esset plùs quàm absurdum. Hæc ille.

187.
Objectio.

Non obligo, inquis, ad hoc; quia dicendo; *Semel sum furatus*, explicat pœnitens speciem, & numerum peccati, quòd sufficit. Interim si adderet *ly Hoc anno*, & fuisset furatus anno præterito, jam exprimeret aliud numero peccatum; adeoque non satisfaceret, quia debet confiteri peccatum, quòd fecit. Eodem modo sicuti qui occidit Petrum, satisfacit confitendo præcise homicidium; nihilominus si velit exprimere personam, quam occidit, oportet exprimere personam Petri; quia aliam nominando, jam non confitetur peccatum, quòd fecit; sed aliud, quòd non fecit.

Solutio.

Resp. aliud physicè, conc. aliud in genere moris, nego. Nonne distinctio numerica peccatorum, ut sint duo, vel unum tantum in ordine ad Confessionem, desumitur ex physica actuum disjunctione? Pater quòd non, juxta Theologos communiter, sed ex morali: ergo à simili, distinctio numerica peccatorum, ut sit hoc, vel istud in ordine ad Confessionem, non est desumenda ex distinctione physica peccatorum, sed morali. Jam autem homicidium Petri, in eile moris non distinguitur ab homicidio Pauli; adeoque qui confitetur homicidium Petri, etsi fuerit Pauli, confitetur peccatum; quòd fecit, sufficienter ad integritatem Sacramenti, cum exprimat speciem, & numerum peccati; neque notabiliter decipit Confessarium, pervertendo ejus judicium circa materiam necessariam; quia quòd sit Petri, vel Pauli, non facit homicidium esse, vel non esse materiam necessariam; neque impedit quòd minus Confessarius de gravitate criminis rectè possit censere, & pœnam, quam oportet, pro illo imponere.

188.
Confessor
non debet
ferre ju-
diciam de
speciebus
entis, sed
de moribus.

Confessor, inquit Suarius disp. 22. sect. 2. n. 3. non debet ferre judicium de speciebus entis seu naturæ, sed de moribus; & ideo ad illud judicium impertinens est, naturales species distinguere, nisi fortè id necessarium sit ad morales explicandas. Quæ pars adeò certa est, ut nulla ratio dubitandi circa eam appa-

reat. Unde cum Concilia & Patres, in hæc materia de peccatis loquuntur, formaliter de eis loquuntur, ut peccata sunt, atque adeò ut ad mores pertinent. Hæc ille. Ergo pari ratione, si non majori, impertinens est ad judicium sacramentale, distinguere inter individuationes purè physicas peccati, quæ videlicet neque necessariae sunt ad explicandam speciem, vel numerum peccati; neque augent, aut minuunt malitiam actûs.

Alioquin dicamus Confessionem invalidam, & per consequens repetendam, si quis ex errore, pro homicidio Petri explicasset homicidium Pauli, pro fornicatione cum Catharina, fornicationem cum Joanna, & sic in aliis, quòd est contra sensum omnium fidelium. Quòd autem talis Confessio foret alioquin invalida, pater; quia, ut suppono, illud unicum peccatum fuit materia Confessionis, illud autem pœnitens non fecit; ergo ab illo non absolvitur; quia nullus absolvitur ab eo, quòd non fecit.

Sanè nihil manifestius est, quàm in rebus moralibus, quando individua sunt omnino similia, pro nihilo planè reputari, quòd sit hoc individuum potius, quàm illud, si enim sint duæ monete planè omnino similes, nemo dicit esse furtum, si ego unam meam, loco alterius alienæ permutem; quòd si loco monete, quam furatus fueram, restituiam alteri numero, planè omnino similem, dicere jure merito possum; *Restitui illi suam monetam*.

Unde si famulo det Dominus unum ducatum, ut pauperi in eile Emolyam illum donec, & ille loco illius ducati numero; donec aliam omnino similem, potest ille famulus jure dicere: *Feci quòd iussisti, dedi elemosynam, quam mandasti*. Cur ergo similiter, qui confessus fuit occisionem Petri, cum esset occisio Pauli, non poterit dicere: *Confessus sui peccatum quòd feci*? Siquidem non est major distinctio inter illa duo homicidia, quàm inter illos duos ducatos.

Omitto, quòd, ex sententiâ Adversariorum, non sit opus explicare utram individuationem, ut supra vidimus; cur ergo error in illa individuatione, dummodo tota species dicatur, invalidabit Confessionem? Non est credibile.

Nonne qui diceret; *Occidi pugione*, cum tamen id fecerit gladio, invalidè confiteretur? Quis audeat affirmare? Sed quæ ratio? Nulla alia, nisi quia instrumentum, quo occidit, non est materia Confessionis. Si ergo individuatio non est materia necessaria, dico, errorem in illa individuatione non impedire validitatem Confessionis. Ita nobiscum docet Arriaga disp. 34. sect. 3.

Dices; qui confitetur peccatum mortale, nunquam directè absolutum, addens, pròbè fuisse directè absolutum, etiam confitetur speciem

speciem, & numerum peccati; ergo etiam talis Confessio non est invalida.

Resp. confitetur speciem physicam, & numerum physicum peccati, concedo; speciem moralem, & numerum moralem, nego. Ratio moralis, & dicitur; quia peccatum mortale, dicitur absolute, in morali consideratione in ordine ad Confessionem, habet se instar peccati venialis; unde ab illo absolvit quilibet Sacerdos, eodem modo, quo absolvit à peccatis venialibus; ergo illa circumstantia in esse moris notabiliter alleviat peccatum; immo mutat speciem, & substituit malitiam venientem, non quidem physicè & à parte rei, sed secundum prudentem estimationem Confessarii. Jam autem, ut superius diximus ex Suario, Confessor non debet ferre iudicium

de speciebus entis seu naturæ, sed de moribus; & ideo ad illud iudicium impertinens est, naturales species distinguere, nisi forte id necessarium sit ad morales explicandas.

Atque ut non esset circumstantia mutans speciem, adeoque ex hac parte non repugnet integritati Confessionis; saltem notabiliter variat, & pervertit iudicium Confessarii; ac proinde ex illa parte erit mendacium mortale, per consequens invalidans Confessionem; in qua non exprimitur hoc mendacium, quod tamen, utpote nova species peccati mortalis, iure divino exprimi deberet.

Si autem à me queritur, unde sciam Deum id præcepisse, mox edissero; & quia questio molestissima est, ille sit finis hujus Sectionis; eritque

SECTIO OCTAVA.

De Integritate Confessionis.

Duplex est integritas Confessionis, seu integra Confessio, una materialis, altera formalis, & de utraque oportet hic tractare. Materialem voco, quæ est de omnibus omnino peccatis mortalibus in specie, ac sigillatim. Formalem verò, quæ licet non omnia omnino peccata mortalia in specie, ac sigillatim declarat; equidem nullum reticet absque rationabili causa, aut inculpabili oblivione, seu ignorantia; & ideo adhuc verà Absolutione informatur, alioquin minimè informanda, ut patebit ex sequentibus Conclusionibus.

CONCLUSIO I.

Jure divino confitenda sunt omnia peccata mortalia, quorum pœnitens, post diligentem sui discussionem, conscientiam habet, etiamsi occultissima illa sint; non tantum in genere, sed potius in specie, ac sigillatim.

Ita novissimè Concilium Tridentinum sess. 14. c. 5. quod sic incipit: Ex institutione Sacramenti Pœnitentiæ, iam explicatæ, universa Ecclesia semper intellexit, institutionem etiam esse à Domino integram peccatorum Confessionem, &

omnibus, post Baptismum lapsis, iure divino necessariam existere. Ut autem scires, quam Patres Concilii intellexerint Confessionem integram, continuo adjungitur pro ratione: Quia Dominus Noster Iesus Christus, è terris adveniens ad Cælos, Sacerdotes sui ipsius Vicarios reliquit tanquam præfules & iudices, ad quos omnia mortalia crimina deferantur, in que Christi fideles ceciderint; quod, pro potestate Clavium remissionis, aut retentionis peccatorum, sententiam pronuntiant. Ergo in primis requiritur ad integram Confessionem, quod omnia mortalia crimina deferantur.

Et ne aliquis dubitare possit de modo, quo deferenda sunt, an videlicet in genere dumtaxat, dicendo: Accuso me de multis peccatis mortalibus; an verò etiam in specie, & sigillatim, dicendo: Accuso me de duabus fornicationibus, duobus homicidiis &c. illud attingitur; Constat enim, Sacerdotes iudicium hoc, incognitâ causâ, exercere non potuisse; neque æquitatem quidem illis in panis immungendis servare potuisse, si in genere dumtaxat, & non potius in specie, ac sigillatim, sua ipsi peccata declarassent.

Interim quia difficillimum foret hujus Sacramenti remedium, & maximo periculo carenti effectu expositum, si omnia omnino peccata, à parte rei commissa, deberent re ipsâ exprimi, mox subiungitur: Ex his colligitur, oportere à pœnitentibus omnia peccata mortalia, quorum, post diligentem sui discussionem, conscientiam habent, in Confessione recitari.

Atque ad tollendum omnem scrupulum, de quibus peccatis Concilium loquatur, an